


620
2


14604
6



Part from 90 and 25

American
unknown to Herrmann
see leaf LXXX

This frontispiece also appears in F. Luna, *Vocabulario*
(Naples 1536)





DE ROMA
PRISCA ET
NOVA VARI
AVCTORES,
PROVT INSE
QVENTI PA
GELLA CER
NERE EST.



Hieronymus Aspin Forliensis, ac Amicus in regium.

Auctores omnes huius operis.

Franciscus Albertinus Florentinus ad Iulium . iii .	
Pont. Max.	II
Vibius equest. de fluminibus / Fontibus / Lacubus /	
Nemoribus / Paludibus / Montibus & gētibus .	8II.
Item de origine, situ, & qualitate. Ro.	II2.
P. Victor de regionibus Urbis. Ro.	II8.
Pomponius latus de vetustate Urbis.	II5.
Fabricii varani Ep̄i camertis de vrbe.	
Roma collectanea.	140.
Raphaelis Volaterrani vrbis. Ro. d̄scriptio.	145.
Eiusdem de origine Urbis poema.	188.
Fluius.	
Rūtilii Claud. Numantii poema.	170.
Laurentii vallatii. Ro. poema.	182.

Waeter Bowman

Adriano. vi. Pont. Max. Iacobus Mazochius
humill. mancipium felicitatem.



Aepe mihi beatissime Pater, cui ad tuū hunc auspici-
simū Pontificatū aduertō succurrere dictū,
diuini esse regnare, nam omnes, qui alicui rei Impe-
rant, Deū Opt. Max. quodam modo imitari uidentur.

qui in omnia, quæ sunt, quæ fuerint, & quæ uentura mox trahen-
tur a absoluissimū habet Imperium. Esi quod alii dicunt regnare,
falso quidē de aliis dicunt, quæ admodū de te uerissime, quicunq;
enim post te imperat, rebus tantū prophanis Imperat/ Tuum ue-
rum est Imperium, quod imperia omnia maiestare sua superemi-
net, & regna omnia sub se habet. Ad cuius Imperatorem uere de-
us didicit. Non uos me, sed ego uos elegi, quos uos uocat Chri-
stos suos, ad quos uos inquit, sequimini me, & in uestigijs
meis ambulate. At quæ admodū tuum uerum est super omnia Im-
peritū, ita & erit quicquid unū super omnia, cui conculcauerit Leonē,
& Draconē & ambulauerit sup Aspidē, & Basiliscū, & cū aputata
uinea redemptoris nri, sacrilegas uulpes, et a silua diuinæ pietatis
Apruos/ Vrsos/ ac Lupos impios eiecerit, quod ad te unū spectat,
quæ ē deus humiliatū exaltauit, & de stercore inopē erexit pauperē,
et ab Aegypto uocauit, ut duceret populū suū in Ciuitatē sanctam
Hierusalē, & a turpi Pharaonis seruitute liberaret. Ecce ecce bea-
tiss. pater iam te duce per illā Hierusalē ambulamus, quæ ante ad-
uentū tuū, nō Hierusalē sed iam perniciosā Niniue, atq; omnium
scelelerum ancilla facta erat iam lumine tuo abierūt Cymeriæ
illæ & tenebræ, & facta est lux uera, quæ illuminat oēm hoīem ueni-
entem ad te, qui et facis, et doces nos filios dei posse fieri. Et quā
propter aeris intēperie adhuc omne tuū Imperiū nō plustrasti, ec-
ce tibi illius caput, hoc est Romā terrarū dñam: q̄ subicietur oculo
legitimus dñs, quæ tua sunt et cognosces, & utaberis, atq; etiā ut
optime uideas, quā Romā a Deo Opt. Max. ædificandā acceperis
(nam penē diruta est) & ut itidē nos cognoscamus, quā illi
redditurus sis. Hæc est illa Roma, cuius rex unus es, & princeps,
q̄ a te ite ut oēs boni sentiunt, et sperāt omnis ædificabitur, ita
ædificabitur, ut nullis amplius obnoxia sit ruinis/ nullis ignibus,
nullis deniq; hostilibus insultibus.

Tabula omnium auctorum huius operis.

De incenibus:& eorum ambitu. car.	1.
De portis urbis.	1. 130. 139. 140.
De Viis & plateis.	3. 71. 114. 118. 138.
De pontibus Urbis.	4. 124. 138. 147.
De montibus & collibus.	6. 112. 141.
De Aquæductibus.	9. 111. 114. 138.
De Thermis.	12. 138. 143. 149.
De Naumachiis:& cloachis.	14.
De circis.	15.
De Theatris & Amphitheatris.	15.
De Aerario:& pecunia pub.	16.
De Foris:& curiis.	17. 124. 138. 148.
De Campo Martio.	19. 127.
De Palatiis Impp.	20.
De Domibus:& Insulis.	21.
Nymphaea:& horrea.	23. 131.
Tribus:& regiones.	24. 112.
Regio prima.	26. 118. 132.
Regio secunda.	26. 118. 132.
Regio Tertia.	26. 118. 133.
Regio Quarta.	26. 119. 133.
Regio Quinta.	26. 119. 133.
Regio Sexta.	27. 119. 134.
Regio septima.	27. 120. 134.
Regio Octaua.	27. 120. 134.
Regio Nona.	28. 121. 136.
Regio Decima.	28. 121. 136.
Regio Vndecima.	28. 122. 136.
Regio Duodecima.	28. 122. 136.
Regio tertiadecima.	29. 123. 137.
Regio Quartadecima.	29. 123. 137.
Sacerdotes:& magistratus.	30.
Templa.	31. 149.
Bibliotheca:& Basilicæ.	36. 114. 138.
Capitolium.	37.
Axilum/& Turris militiæ.	38.
Porticus/& labra Porphiriaca.	39.

Trophea/ & columnę.	49.
Arcus.	49.
Colosfi.	44.
Statuę/ & picturę.	44.
Cimiterii sacri.	47.
Sepulchrum Augg. & Moles Hadria.	48.
Septizonium: & alia nōnulla.	49. 115.
Obelisci/ & Methę.	50. 114.
Carcer publicus.	51. 116.
Leges/ & tabulę aneę.	52.
Laudes nōnullorum Roman.	53.
Diuitia Roman.	54.
Triumphantes nōnulli.	55.
Magnitudo Imperii/ & Triumphi.	58.
Laus ipsius Urbis.	59.
Noua Urbis.	61.
Nōnullę ecclesię/ & capellę.	62.
Pont. & pallatia.	65. 71.
Cardinalium domus.	66.
Hospitalia.	68.
Bibliothecę nouę Urbis.	69.
Castrum sancti Angeli.	70.
Beluedere.	70.
Sepulchra memoran.	71.
Valuę/ & columnę Aneę.	73.
Officina cudendę pecunię.	74.
Fontes/ & pontes.	74.
Cloacę/ & Anienis purgatio.	74.
Aedificia Iulii secundi.	75.
Laus florentię/ & Saonę.	76.
Galliarum prouincię.	87.
Aphricę prouin.	87.
Hispanię prouin.	87.
Illyrici prouin.	87.
Thracię prouin.	88.
Asię prouin.	88.
Orientis prouin.	88.
Ponti prouin.	88.
Aegypti prouin.	88.

Britannia ⁱⁱ prouin.	88.
Italia ⁱⁱ prouin.	88.
Italia ⁱⁱ prouin. s; quosdam phos.	111.
Origo/ & situs urbis.	111.
Septem mirabilia Urbis.	116.
Senatula.	124. 138.
Campi.	124. 138.
Busta gallica.	125.
Aesculapii & concordia ⁱⁱ tēplum.	125.
Arcus Constantini.	125.
Iouis simulachrum.	125.
Iouis statoris tēplū/ & dom ⁹ Cice:	125.
Templum pacis.	125.
Statua Domitiani.	126.
Fossa Curtii tēplū Vulcani et typhus Romuli & Remi.	126.
Saturni/ & Opis templum.	126.
Seueri Impe. Arcus.	126.
Iunonis/ Mineræ: et concordia ⁱⁱ tē/ pla.	126.
Carcer Tullianus.	126.
Theatrum Marcelli.	126.
Velia/ & domus Catulinæ	126.
Aedificium Neruæ Imp.	126.
Forum et porticus Traiani.	126.
Columna in foro Traiani.	127.
Pantheon.	127.
Antapantheon.	127.
Consi templum.	127.
Boni euentus templum.	127.
Thermæ Neronis.	127.
Ho ologium.	127.
Olla Neronis.	127.
Pincius.	127.
Domus Martialis.	128.
Equi duo ita uæ cibeles.	128.
Flor ilia ubi fierent.	128.
tēplū Herculis/ & quirini.	128.
Vicus/ et statua Mamuræ.	128.

Porta collina.	128.
Locus supplicii uirginū uestæ.	128.
Via Salaria.	128.
Horti salustiani.	128.
Viminalis/et exquilin.	129.
Templum quirinū.	129.
Balinea Pauli.	129.
Thermæ Constantini.	129.
Puteus probæ.	129.
Lauacrum Agrippinæ.	129.
Turris Moccenatis.	129.
Campus Exquilinus.	129.
Porte uiminalis/& Exquilina.	129.
Puticulæ.	129.
Porta sancti Laurentii.	130.
Ad ursū pileatum.	130.
Duo trophea.	130.
Galenī Imp. Monumētum.	130.
Titī/et Vespas. thermæ.	130.
Philippi Imp. thermæ.	130.
Via prenestina.	130.
Exquilīæ.	130.
Cælius lateran.	130. 142.
Auentinus.	131.
Via hostien. & C. cæstii sepulchrum.	132.
Campus figulorum.	131.
Pons sublicius.	131.
Templum Matutæ / & leucothoes.	131.
Templū Herculis / & ara max.	131.
Chryso colla circus Max.	131.
Palatinus mons.	131.
Jani uelabrum.	131.
Thyberis ppe capitoliū sinus.	132.
Ficus R uminalis.	132.
Lupercal.	132.
Templum castoris / & pollucis.	132.
Mons tarpeus.	132.

Capitolii templum:	163.
Lyguria.	164.
De origine & gestis uenetorum.	165.
Ethruia.	166.
Latina regio:	167.
Umbria.	168.
Picenum.	166.
Flaminia.	

FINIS.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

DE MOENIBVS ET AMBITV VRBIS RO.



MOENIA Magnæ Urbis Romæ habuerunt. Turres cū pinnis & propugnaculis atq; de ambulatoriis uigilumq; receptaculis: nūc uero Turres numero sunt. CCCLXV.

Ambitū uero Urbis. xx. mil. passuum cōtinuisse dicitur / teste Plinio & Vopisco: Flauius uero historicus scribit. Aurelium imperatorē ambitū Urbis ad .L. mil. passuū ampliassē ripasq; Tyberis extruxisse. Nostro uero tpe cū Ianiculo & Vaticano uix passuū milia. XV. esse iudico: q̄ quidē moenia pluries diruta fuere a barbaris: postea uero a diuersis Pontificibus multis in locis iustaurata. Poggius noster. Flor. ad Nicolaū. v. Pōt. de uarietate fortunæ. lib. primo scribit. Quid iā querat quod etiā stuporem recensenti mihi affert Urbis moenia ita multiplici clade afflicta / ita a fundamētis eruta: ut ne dum locus eorū pristinus / sed nedū uestigium quidē ullum aspiciatur / omnium uetere murorū sublata memoria. Nam ea quæ cernis lateritia noua sunt: post octuagesimum annū deletis prioribus. Primū ab Hadriano incohata collato ab Hætruriæ populis cētum auri pondorū a Gregorio uno & itē ab altero pontificibus perfecta: unde & diuersorū Pontificū opus uariā reddit murorum formam. Antiqua moenia ex quadrato lapide post incensam a gallis. Urbem cōsumata Linius tradit: ut in portis ipsius Urbis adhuc uestigia denotant. Apud moenia erat Pomeriū. i. spaciū quiddā post mutū / qd̄ neq; arari nec habitari fas erat: ut nunc est in nostra ciuitate Florent. intus & extra cū mathæ signis: adeo quod facile solatii

grā/qsq; deambulare potest: tñ Ro. nō tpe nō seruat
ubi & uinæ, & priuatæ aedes Urbis mœnibus cōiūctæ
sunt: à pluribus nāq; Impatoribus ampliata sūt/ut appa
ret sup portā Portuensem in lapidē cū his litteris.

IMPP. Cæss. d d . n n . inuictissimis principibus Har
cadio & Honorio Victoribus ac triūphatoribus semp
Auggob instauratos Urbis Aeternæ Muros, Portas, ac
Turres ægestis imensis ruderibus ex subgestionibus.
V. C. & illustris militis & magistri utriusq; militiæ ad p
petuitatem nominis eorū simulachra constituit.

Similiter & de pomerio hoc āno. m. d. ix. ī lapidē Tybur
tino nup offosso nō lōge à Cācellaria līræ idicunt.

¶ Pomerium.

TI . Cladius Drusi . F. Caisar . aug . Germanicus pont
max. trib. pot. viiii. ip. xvi. cos. iiii. p. p. auctis populi Ro.
finibus Pomeriū AmpliA ¶ IT terminA ¶ IT Q .
Nōnulla in stationū opusculo de ipsa urbe scripsi, quæ q
dem replicare superfluum uidetur.

¶ De Portis Urbis .

Omulus primus Ro. rex tribus portis tātum
cinxerat Urbē: quibus nōnulli quattuor affirmēt:
Prima/porta Mugonia dicebatur, a mugitu ani
malium/quæ & Trigonia postea dicta fuit .
Secūda/porta Carmētalis, a Carmēta matre Aeuādri:
q̄ & Scellerata postea uocata ē/nō lōge posita erat a Iano.
Tertia/ uero pādana seu Romanula uocabatur: q̄ & libe
ra dicta est: quā Pompilius instituit, clausam stare pacis

tpe/ut ait pifo i annal. Liuius dicit suo tpe. xxxvii. portas
fuisse in Vrbe. plinius uero dicit. xxx. quis septē claufas
fuisse cōfirmet. Nostra uero atate sunt .xx. cū illis quæ
in ciuitate Leonina comprehenduntur.

Prima porta principalis/Triūphalis dicebatur/ḡ oīum
erat celeberrima/nō lōge ab ecclīa. f. Spiritus posita.

Secunda/porta Flumentana/postea uero Flaminia a
uia/nunc uero porta populi appellatur.

Tertia/porta Collatina:quæ Collatiā Sabinorū opidū
ducebat/postea uero pinciana a pincio senatore/ḡ qdem
nomē retinet.

Quarta/porta Quirinalis a Qui
rinali sacello, seu collina a Quirinale colle:eadē Aegonē
sis dicta ab Aegono mōte:postea uero Salaria:ut nunc
a sale dcā.

Quinta/porta Numētana a Numēto
oppido:postea Viminalis a uiminū multitudine:nūc au
tem appellatur porta. f. Agnetis.

Sexta/porta Exquilina/postea Tyburtina/deīde Tauri
na a capite tauri:nūc uero porta. f. Laurētii extra muros
dicitur. pōponius lætus Exquilinā dicit esse nūc clausā
cū porta iter aggeres.

Septima/porta Labicana, seu
Neuia a Neuiō nemore/nunc uero porta Maiore appel
latur:sup quā lræ multæ cubitales apparēt:ut dicā i aq̄
ductibus.

Octaua porta Asinaria/quis nōnulli di
cant Cælimontanā & Septimianā appellatā fuisse:ta
men antiqtus porta Cælimōtana erat inter Asinariā, &
Methodii/sed in mœniū instauratione clausa remansit:
nunc uero porta. f. ioanni appellatur.

Nona/porta Gabiufa dicebatur, quæ nunc est clausa/mu
ro/nonnulli Methodii portam appellant.

DE PORTIS VRBIS :

Decima porta Latina, sicut & nunc appellatur / nō lōge ab ecclesia, S. Ioannis Euangelistæ ab ipsa uia.

Vndecima porta Capena / postea uero Appia / nunc autē porta, S. Sebastiani appellatur.

Duodecima porta Trigemina / seu Hostiēsis dicebat, ut Frontino placet / nūc uero porta, S. Pauli appellatur.

Decimatertia / porta Portuēsis a portu Cladii Imp. dcā / nūc uero porta Ripæ dicitur / in qua sunt litteræ Harca-dii & Honorii imp. de instauratione / ut superius dixi.

Decima quarta / porta Aurelia / nunc autem porta, S. Pā-crati dicitur. Decima quinta / porta Fontinalis, nō longe a prædicta in Vaticano / adhuc extant uestigia a fontibus dicta : ut Liuius placet.

Decima sexta / porta Septimiana / Septimio imperatore / quæ nomen adhuc retinet.

Decima septima / porta Turrionis dicitur, a Nocolao, V. fundata / nō lōge a Cāpo sctō / q̄ Posterula dicitur.

Decima octaua / porta Pertusa in mōte Vaticano, nō lōge a stabulis palatinis. Est & porta Iulia apud Viridariū / quā nuper, T. B. sumptuoso ædificio, & Tyburtino lapide fundauit, exornauitq; apud noua Mœnia Beluide-re nuncupata / quæ quidē duæ portæ / non semper (ut aliæ) ostendunt introitum patefactum / sed potius ad cōmoditatē Pontificis & curialiū aperiuntur.

Vigesima / porta Aenea uocatur / nunc uero porta castelli, S. Angeli dicitur / nō lōge a Mole Hadriana / quæ ultimæ quinq; portæ positæ sunt in ciuitate Leonina.

Erant & aliæ portæ / ut Querquetulana a quercu. La-

uernalis a Laruena dea. Rusculana/qđ ærata esset, uel
 quasi rudis sit iposita & relicta apud Neuiã portã. Ru-
 thumena ab auriga sic dicto. Minutia a secello Minutiũ.
 Catularia a canibus dicta/q̄ ibidẽ imolabantur / aditas.
 quæ propter uetustatẽ & inceniũ istaurationẽ nescitur
 tñ multimulta dicũt/quot homines/tot sententiã.

¶ De Viis & Plateis.

Rant. n. i Vrbe Viã. xxix. p̄cipales / ut placet

e P. Victori / tamen tot erant uiã / quot portæ / ut

Liuus inqt / de q̄bus nō nulla scribam.

Via Triũphalis a Vaticano / ubi pons erat triumphalis
 ad Capitoliũ usq̄ tẽdebat / quĩs nōnulli ad Velebrũ usq̄
 affirmant.

Via Flãmīnia / quã. C. Flãmīnius colle-
 ga. M. Lepidi in consulatu, uictor Ligurũ strauit ex ur-
 be. Ro. per Tusciam / & Umbriam / Ariminum usq̄ ut
 adhuc in multis locis uisuntur uestigia.

Via Salaria / quã a Sale nomen accepit / quoniam per
 illam sal in Sabinos portari consueuerat.

Via Numẽtana siue Figulẽsis / qua itur Numẽtũ / quod
 est in Sabinis / & i agro Numãtano balnea fuere : unde
 Nero Cladius fugiens ad .iiii. miliariũ in suburbano li-
 berti sui iter Salaria / & Numẽtanã uiã seipsum interfecit.

Via Labicana a porta Exquilina inciptions qua & prænẽ-
 stina / de quibus Strabo mentionem fecit lib. v.

Via Latina quã posita est inter Appiam uiã & Valeriã :
 quã ad Cassinum oppidum Appiã coniungitur / in qua
 seppelliebantur cadauera / sicut in Flaminia.

Via Appia / quã tendit ad ecclesiã. S. Sebastiani ab Ap-

pio Claudio censore: qui dictam uia a porta Capena Capuā usq; strauit: quā postea Traianus imp. restaurauit. Brundisiū usq; / ut inquit Strabo: paludesq; pontinas siccauit, & alia q̄ plurima restituit ædificia: ut in lapide maxmoreo apud Circū maximū inuēto apparet cū his lris. Imp. Cæs. diui Nerue . f. Traiano. Germanico. Dacico. pont. max. trib. pot. viii. imp. ix. cos. p. p. trib. xxxv. Q̄ d̄ liberalitate optimi principis commoda earum etiam locorum adiectione ampliata sint.

Via piscina erat inter thermas Antonianas & ecclesiam .f. Sixti: ut aduc uestigia demonstrant.

Via Subūrana: q̄ tēdit a foro Traiani ad ecclesiam .f. Martini in montibus. Via alta a thermis Constantini usq; ad uiminalem portam tendebat.

Via Traiana & Aurelia nominibus ppriis dictæ. Erat & uia ualeria / & tyburtina / amnia / & æmilia / claudia / & campana / hostiēsis / & laurentina / sentina / & ardeatina / tyberina / et quintia / cassia / et cornelia / gallicana / et petinaria / et cimina: quæ quidē oēs retinent nomen usq; in hodiernā diē. Erat preterea in urbe uia Sacra: i qua iustum fuit foedus inter Romulum et Taciū: quā Cæsar dum esset dictator uelis itēxit a domo sua ad Cliuiū usq; in Capitoliū, et tendebat a regia seu a curia ueteri ad arcē usq; p̄ quā triumphantes ibant ad Capitoliū: et in qua augures sedem habentes in augurari consueuerant, non longe a Carinis.

Via noua / quā restaurauit Ant. Caracalla imp. erat apud thermas ipsius / quæ incipit a porta palatii per radices ipsius montis supra circum maximū usq; ad infima pisci-

næ. piscinæ publicæ erat ubi nunc ecclesia sancti Sixti.
Via Lata erat apud iſeum: quæ adhuc cū ecclesia sanctæ
Mariæ in uia lata nomen retinet.

Erant et aliæ uia: ut ianuclēſis/et gallia: uestigia quarum
haud facile cognoscunt. Vespasianus uero imp. multas
uias destrutas iſtaurauit: ut i uetustissimo lapide marmo-
reo ante ædes Cōseruatorꝝ posito l̄ræ incisæ indicāt. S.

Imp. Cæsari uespasiano aug. pont. max. tri. pot. iiii. imp.
xii. p. p. cos. iiii. des. iiii. S. C. Quod uias urbi negli-
gētia superior. tēpor. corruptas impensa sua restituit.

Erant deniq; in urbe, plateæ pluribus in locis uariis lapi-
dibus stratis/et stratis/et colloſis exornatis.

Platea uero palatii saxo lacedemonico / ac porphiritico
Ant. Heliogabalus imperator strauerat.

Erant in ipsa urbe multæ Area: ut Area Capitulina, in
qua erant cedula subterraneæ: teste Gellio, libro secundo
ubi reponi solerent signa uetera: quæ ex eo templo col-
lapsa essent / et alia quædam religioſe donariis consecra-
ta / et adhuc uiſuntur uestigia, uulgo sala Cæsaris.

Erat et Area pinaria et Apollinis / ut dicitur i regionibus.

Erat præterea umbilicus ipſus urbis in regione octaua /
ut apparet in marmore antiquo translato, ad ecclesia san-
cti iohannis de pinea.

Tamen pater beatissime: nō omnes omnia possumus.

Quæ autem feci / domino adiuuante / cito feci: ut infra
scripta carmina decantare ualeam.

Si bene quid facias: facias cito: nam cito factum.

Gratum erit: ingratum gratia tarda facit.

¶ De pontibus urbis.

DE PONTIBVS VRBIS

Pontes Urbis. vii. fuere principales / quibus Vibius
 sæquester / & P. Vic. octo fuisse confirmet. V3.

Aelius / Aemilius / Aurelius / Tarpeius / Palati-
 nus / Exquilinus / Vaticanus / & Ianuclæsis. Io. Annius
 Viterb. sup Fabiū pictorem scribit Carmentalis porta
 erat ubi pons Carmetalis / quo. ccc. Fabii cōtra Veietes
 trāseuntes Tyberim in se linquebant / Ianiculū adextra /
 ut patet in Livio.

f. viii.

Primus pons Sublitius dicebatur / q̄ fuit ligneus ab An-
 co Martio rege. Ro. structus / postea uero ab Horatio
 coclite p̄ libertate patris itercisus / quē deinde Aemilius
 lapidē fecit / a quo Amilii nomē accepit / uestigia cuius ad
 radices Auētini diruta cernūt / uulgo dicit̄ marmorata.

Secūndus pons erat Senator̄ / q̄ & Palatinus dicebatur /
 nunc uero pons sanctæ Mariæ uocatur.

Tertius pons est insula Iouis Lycaonia uetustissimus / q̄
 & Tarpeius antea dictus fuit / seu Fabritius. quē. L. Fa-
 britiū. C. D. curatorē uiaꝝ faciendū curasse epygrāma
 testat̄ / & M. Lepidū / & M. F. Cos. approbasse in arcu
 pōtis supra p̄fluentē ē̄ iscriptio corrosa cū his l̄ris.

L. Fabritius. C. F. Cur. Viar. faciendū coerauit. Q. Le-
 pidi. M. F. M. Lolleus. M. F. Cos. probauerunt.

Nunc uero pōs .iiii. capita nominatur / in quo loco est
 Quartus pons cōiunctus p̄dicto ponti / q̄ uocabatur
 pons Cestius, siue exquilinus (ut placet. P. Vic.) in quo
 marmoreæ tabulæ uetustate cōsuptæ cū his l̄ris uisuntur

DOMINI NOSRI IMPERATORES CAE-
 sares. Fl. Valentinianus. pius. felix. maximus. uictor. ac
 triumph. semper aug. pont. Maximus. Germanic. Max.
 Franc.

Alaman Max. Frac. Max. trib. pot. vii. ip. vi. cos. ii. p. p.
 Et Fl. Valēs pius foelix max. uictor. ac triūf. semp Aug.
 pont. max. Franc. max. Gottic. max. trib. pot. vii. imp. vi.
 cos. ii. p. p. Et Gratianus pius foelix Max. uictor ac triūf.
 semp aug. pont. max. Franc. max. Gottic. max. trib. pot.
 iii. imp. ii. cōs. primū. p. p. Pontē foelicis nominis Grati-
 ani in usum senatus ac ppli constitui dedicariq; iusserūt.
 Nostro uero tempore pons. s. Bartholomei uocatur.

Quintus pons Aurelius dicebatur: postea Ianuclensis:
 quē Antonius pius imp. marmoreum fecit a Nerone di-
 rutus fuit: quē Sixtus. iiii. Pont. Max. in usum ppli. Ro.
 & curialium sumptuoso opere Tyburtinis lapidibus re-
 refecit: longitudo cuius ped. ccxv. & pons Sixti dicitur:
 antea uero a curialibus pons Ruptus appellatus est.

Sextus pons Triumphalis dicebatur apud ecclesiam &
 Hospitale. s. Spiritus in Saxia/ut adhuc uestigia ipsius
 antiquitatis apparēt/qui & Vaticanus antea dictus fuit:
 quē quidē. T. B. uult restituere: & iam populo. Ro. pōs
 Iulii uocatur. Septimus pons Urbis Aelius seu Ha-
 driānus uocabatur ab ipso Aelio Hadriano Imp. cōstru-
 cto apud Molem ipsius: nostro tempore pons. s. Angeli
 nominatur: subter quos pontes p̄dictos regalis Tyber
 rapido cursu illabitur: iuxta ripā cuius his lris scultis.

Ex auctoritate Imp. Cæs. Vespasiani Aug. P. M. Trib.
 pot. iiii. imp. x. p. p. Cos. iiii. V. C. Caius Calpetanus
 Rantius Quirinalis Valerius Cestus Curator Ripa-
 rum & Aluei Tyberis terminauit. R. R. Prox.

Erat pons in campo Martio apud montem citatorium
 de quo Suetonius mentionē facit: ubi de cōsiliis consu-

DE PONTIBVS

ratorum in Caesarem dissierebāt: primū cunctati utrum
ne in cāpo Martio p comitia tribus ad suffragia uocātē
partibus diuisis ē pōte deicerēt: atq; exceptū trucidarent:
an ī sacra uia/uel in aditū theatri adorirentur..

Erat præterea pons marmoreus in foro R. o. ā palatio ad
capitolium usq;: nil tota urbe præclarius fuit pōte p̄dicto:
quē. C. Callicula fecit, & capitolium cōiunxit / quē quidē.
lxxx. ingentes collūnæ marmoreæ celatæ sustentabāt:
at ex eo nūc sex tantū colūnæ: tres. n. ad radices palatini
montis/aliæ tres ad capitolii uisunt/nō lōge ā qbus hoc
āno multa marmora effossa fuere cū ingēti base marmo
rea/ī q̄ erat hæc inscriptio forma circulari cū lris incisa: u3.
VICENNALIA IMPERATORVM. Ab alia
uero parte uisebāt sacerdotes sculpti Thaur̄ sacrificātes.
Extra urbē est pōs Moluius siue Miluius uia Flaminia
ii. mil. ab urbe ab Aemilio Scauro constructus ubi Ma
xentius tyrānus ā Cōstantino superatus est: supra Antie
nem sunt quatuor pontes: primus Salaris: secūsus Nu
mentanus: tertius Māmeus: quartus Lucanus.

Pons Salaris extra portā Salariam in quo sunt infra
scripta carmina incisa.

Quam bene curdati directa est semita pontis /

Atq; interruptum continuatur iter.

Miramur rapidas subiecti gurgitis undas /

Et lubet iratæ cernere murmur aquæ.

Ite igitur faciles per gaudia nostra Quirites /

Et Nasin resonans plausus ubiq; canat.

Qui potuit rigidas Gothorum subdere mentes /

Hic docuit durum flumina ferre iugum.

Sunt & aliæ litteræ ut dicam in opusculo Epytha.

Pons Numentanus, quo itur Numentū apud ecclesiam
s. Agnetis extra urbem: quem Narses eunuchus (ut ap-
paret in marmore) construxit.

Pons Mameus, a matre Alex. Imp. instauratus: quem
Ant. pius fecerat, extra portā Tyburtinā / corrupte dicitur
pōtē Māmolo. Pōs uero Lucanus ē iter urbē & Ty-
burtinā ciuitatē, in quo sunt līræ infra scriptæ incisæ.

Ti. Plantio. M. Fani Siluano Aeliano pontifi. Sodali
Aug. iiii. uir. A. A. A. F. F. Q. Ti. Cæsaris legat. V. in
Germania Pr. Urb. legat. & comiti. Claudij Cæsaris in
Britania consuli. pr. cos. Asiæ legat. præ. Mœsiæ in qua
plura quam centum mil. trans Danubiorum ad præstā-
da tributā cum coniugibus ac liberis & princib. aut regi-
bus suis trans duxit. motum orientem Sarmatar. com-
pressit, quibus parte magna exercitus ad expeditionem in
Armeniam misisset, ignotus ante, aut in senos. P. R. Re-
ges signa Romanā adoraturos, aut hostibus receptos
remisit, ab aliquis eorum obsides accepit, per quem pacē
prouinciæ & confirmauit & protulit. Scytarum quoque
regem Acheronēsi / que est ultra Borustenen obsidione
submota primus ex ea prouincia magno tritici modo an-
nona. P. R. adleuiat. hunc legatum in Striniam præ-
fert Urbis remissum. Senatus in præfectura trium-
phalibus ornamentis honorauit authore Imp. Cæsare
Aug. Vespasiano urbis exornatione eius. Q. I. S.
. S. moesiæ ita præfuit, ut non debuerit in me differ-
ri Honor Triumphalium eius Ornamentorum, nisi
quod latior ei contigit mora, titulus Præfecto Urbis

DE MONTIBVS

Imp. Cæsar Aug. Vespasianus iterum Cōs fecit. Erāt
 & alii pontes ut pons Meruli uia Portuensi apud dirutā
 ecclesiā. s. Petri a Deo dato. i. papa fundatā: apud quem
 sunt lræ incisæ. DD. M. M. Ant. Antii Lupi pr. ut di-
 cā i epyt. opusculo. nūc uulgo dicit el pōte de Larcha.

¶ De Mōtibus & Collibus Urbis

Montes in Vrbe septem numerantur principa-
 les teste Virgilio qui scribit.

Scilicet & rex facta est pulcherrima Roma.

Septemq; uno sibi muro circūdedit arces.

Nomina quorū hæc. s. Capitolinus/Palatinus/Auētī-
 nus/Celius/Exquilinus/Viminalis/& Q uirinalis.

Fabius. n. pictor ē Fabiorū nobili familia dicit. Facies
 tūc agri huius instar arcus erat: cuius corda esset alueus
 Tyberis: cornua ad solis quidē ortū. rupes Auentina &
 ad occasum Capitolina/media Palatina. Eadem Pala-
 tina rupes Tyberim a fronte prospicit: a sinistris Celio/a
 dextris Exquilino iungitur: Auentinus autē a fronte Ty-
 berim & Capenā tenet: ad dextrā Celiolo ac Viminali
 heret. Capitolium ante se Tyberim & portā Carmētalē
 cernit: hæret illi Q uirinalis. Has rupes antiq; septē col-
 les & septē mōtes appellauerūt. Area huius arcus ē qc/
 qd cāpi iacet iter Auētiniū & Capitoliiū, & a palatio ad
 Tyberim. Idē Fabius dicit nomina colliū ueteris. Ro.
 hæc sūt. Capitoliiū/Q uirinalis/Exqulinus/Palatinus/
 Celsus/Celiolus/Rumurius q & Auētinus.

Mons Palatinus/est ubi palatiū maius: in quo Roma
 Italia filia cōdidit Valentia oppidū. Postea uero Euāder
 ex Arcadia ueniens habitauit cū suis) Herculemq; in ho-

spiritio ibidē recepit / in quo loco Aeneas (teste Cephala Gergitio) primū ædificāre cœpit: cui Raph. Vol. cōfēt: in quo postea Romulus Romā oppidulū / teste Fabio pictore regiā Metropolitim uertit, inq; Palatino colle fundauit: & in eo mōte fuit sedes Po. Ro. Palatiū a Palatinis ex agro Reatino ibidē confidentibus: uel a Pallatia uxore Latini regis: uel a Palantheo Archadiæ oppido: seu a balatu ouium dicitur.

Mons Capitolinus q̄ & Tarpeius nominatur a Tarpeia uirgine. Capitolinus uero a capite hominis inuento. hunc mōtem Saturniū antea uocarunt a Saturno, qui ibidē habitauit. Fab. pic. ait. Prima igitur origo Romæ fuit collis Capitolinus, antea Saturnius dictus. Is est ubi nunc. s. Maria ara coeli, & arx Capitolii. Diuiditur. n. in duos colles / teste Gellio, & pompo. læt. i. capitulinū / s. & arcem. Mons Auentinus qui Rumurius: in quo habitauit Athalus Italus, teste Fabio: ad radices cuius iuxta Tyberim ope atq; cōsilio Iani Capenā oppidulū condidit / & regionē eius permissu Italiā dixit: in monte erat silua laurea, Ioui sacra / & fons Fauni. Atrium libertatis, & speluncha Cachi, & alia multa ædificia. Auentinus dicitur ab aduētū hominū / seu ab Auentino rege Albanorū, ibidē sepulto / seu ab auibus auctore Meuius / uel a uehendo: q̄ cū mons a cæteris partibus urbis paludibus esset exclusus / uehebantur ad illū homines / quem Romulus (teste Fabio) neminē passus est habitare. Nam fratri Remo illum sacrū esse uoluit usq; ad Hylernam Tiberinā: de qua Ouidius in fastis. Adiacet antiquus Tyberino Hylernæ

DE MONTIEVS

Pontifices illuc nunc quoq; sacra ferunt .

De quo loco Berosus, & Io. Ann. clare dixerunt. Mons prædictus Auentinus est ubi ecclesia. s. Sabine. Fabius dicit tres colles primum coluere ante Romulū / mediū quidem Roma filia Itali: extremos uero Saturnus Italus. Atrium libertatis. Atrium proprie ab atriatibus Tuscis teste Var. appellatum, genus est ædificii ante ædē cōtinens mediam aream: ut inquit Festus pom. Vitruuius uero scribit lib. vi. Atria Ianus esse proxima. Liuius scribit atrium libertatis Romæ fuerat uetustissimū & obli-des Tarentinos in dicto atrio custoditos fuisse / scribit p-terea refectum fuisse ampliatumq; ab Heliopeto. & Cor. Cethego cēsoribus. Suetonius uero ab Asinio pollione atrium libertatis refectū fuisse scribit. Nōnulli uolunt porticum uestę fuisse ubi nunc tres columnæ, quas dixi e pōte palatino esse / & aliæ tres capitolii / aliud atrium a Tito & Domitiano instrauratum in quo sunt nonnulla signa litterarum uidelicet . **RESTITVER.**

Mons Coelius a Coelio Vibiēno Tusco, duce nobili qui eū suis in auxiliū Romuli uenit cōtra Latinorū regem Acronē; & incipit a Basilica Lateranen. & terminum ponit ubi nūc est ecclia. s. Gregorii / & includit ecclias. s. Ma. in Dñica / & Step. Rotundi / & Io. & Pauli / ac Pet. & Marcellini i radicibus eius et alias nōnullas ecclesias. Et ibi prope est quatriuiū. s. inter Coeliū ipsum et Exquilias: in quo mōte erāt ædificia sumptuosa sicut dicitur infra: uestigia quorū adhuc multis in locis uisuntur in uinea dñi Achillis de Ciampolinis de castro plæbisī qua sæpe fuit eū. d. Iuliano Marasca et Bartholomeo Cynisco.

ET COLLIBVS VIII

Mons Exquilinus est oïum altissimus, in quo loco nūc est ecclia. s. Ma. maioris: prope quam erat Basilica Sici-
mini Romani. Marcus Varro dicit Exquilix duo mon-
tes habiti, qđ pars Cespium mons suo antiquo nomine
etiā nūc in sacris appellatur: est & mons Oppius. Exq-
lia, teste Pomp. Lato incipiūt ab ecclia. s. Pe. a Vinculis,
& p̄tenduntur usq; ad .s. Crucis: inde ad Termas Dio-
clitianas: illinc circum eūdo includit eccliam. s. Andrea,
& Antonii/ atq; Praxedis/ & alias nonnullas: ab escubā
do dicitur/ quod ibi occultæ a Rege Tull. essent: uel qđ
ante Urbem conditam / ut nonnullis placet/ Collis il-
le aucupibus erat in usum: ut sparsis. Quisquilis aues
illudere nt.

Mons Quirinalis est: in quo sunt equi marmorei a Fi-
dia & Praxitele sculpti: pars cuius isima solo adequata/
ut colūna Traiani i foro suo posita melius circūspici pos-
set: qui prius mons Egonus appellatus est/ in quo loco
& mōte est ecclia. s. Agathæ/ in Subūra/ ubi & decem ta-
bernæ fuerunt: ut in tiburtinis lapidibus nouiter effossis
apparet: qui mons teste Dionysio lib. ii. hæret Capitoli-
no: dictus a Iunonis Sabinæ tēplo/ quā illi hastatā siue
curim. i. quirim uocant. Eundo uero a sinistris est uallis
inclusa parietibus: ubi fiebant Floralia: & mons a de-
xtris habet domū. Car. Neapolitani in parte Quirina-
nalis montis: qui uocatur mons Clateræ & Apollinis.
Mons uero a dextris uocatur Capitoliū uetus/ ubi fuit
templū iouis antiqui.

Mons Viminalis a uiminibus dictus tendit ad Thermas
usq; Dioclitianas: Marcus. n. Var. colles Exqliæ: non

DE MONTIBVS

montes appellat; i hæc uerba. Tertiæ regiõis colles quinque
 a deorũ phanis appellati sunt / equis nobiles duo colles
 Viminalis ab Ioue uimineo: cuius aræ ibi sũt: et Quirinalis a phano Quirini / uel ab ipsis Quiritibus: qui
 cũ Tacio curibus uenerunt Romã / et ibi Castra posue-
 runt: in quo monte est ecclesia. s. Laurentii panis et per-
 ne / ut dicitur / qui colles Quirinalis et Viminalis cõiun-
 guntur prope portã Viminalem: quæ proxima est por-
 tæ Collinæ: tñ de Viminali nõnulli q aliter sentiunt.
 Est et mons notissimus inter eccliam .s. Saluatoris de
 Lauro: et eccliam pacis / qui uocatur Iordanus mons / in
 quo ædes Vrsinorum sitæ uisuntur:
 Est et mōs Ianiculus / siue Aureus / intrã tyberim: i quo
 Ianus habitauit: ubi nũc est ecclia. s. Petri i mōte Aureo
 q in Etruria nõ in Roma: Plinius. iii. lib. Saturnia ubi
 nũc. Ro. Antipolis uero ubi Ianiculũ i parte Romæ:
 Collis Vaticanus ubi ecclia. s. Petri apli: et palatiũ pont.
 de quo Festus pōpeius Vaticanus collis appellatus est:
 eo qd potitus sit pplus. Ro. uatum respõso pulsus Etru-
 scis. Aulus uero Gellius lib. xv. scribit: et agrũ Vaticanũ:
 et eidem agri dnz præsidem appellatum acceperamus a
 Vaticanis: quæ ui atq; in instinctu eius dei in eo agro fieri
 solitæ essent. Sed præter hanc causam. M. Varro in lib.
 diuinar: aliam esset tradit istius nominis rationem. Nã
 sicut Arius inquit appellatus / araq; ei statua est / quæ est
 infima noua uia / quo eo in loco diuinitus uox edita erat:
 ita Vaticanus deus nominatus penes quem essent uocis
 humanæ initia: qm̃ pueri simul atq; parti sunt: eam pri-
 mam uocem edunt / quæ prima in Vaticano syllaba est.

Icirco

Idcirco uagire dicitur exprimitur uerbo sonum uocis recentis/in quo colle erat Templum Apollinis, & locus clausus in quo equos regebat crudelis nero.

Collis Hortulorū/est qui surgit á dextris apud eccliam sanctæ Mariæ de populo in quo Neronis ossa sepulta fuere/ex quo colle (teste Pomp.) cãdidati descendebant albis uestibus magistratū petitori/q nũc mōs siue collis Pincius appellatur. ¶ Mons Citatorū est in campo Martio, nō longe á colūna Aurelii Ant. pii, qui corrupte hodie mons Accetoriū dicitur. Locus erat comitorium .i. Romanorū/qui postq̄ citati suffragia intra septa contulerant/ne laturis se denuo immiscerent/ab aliis separabantur / uulgo dicunt eum tumultum factum esse ex regeſtione fundamentorum columnæ Antoninæ.

Mons Testaceus inter Auentinū & Tyberim atq; Portuensem portā, intra micenia surgit in quo loco erāt colligia figulorū á Nūma rege Ro. instituta/auctus fuit i purgatione fluminis. In quo nra ætate adhuc fiūt ludi Taurini/sicut in cãpo Martio tẽpore Bacchanaliorū. Petrus .n. Marsus ostendit mihi nōnulla super festū Põpeiū/ qui scribit Terentū locum in cãpo Martio dictus / quia eo loco Ara ditis patris in terra occultaretur. Thauri appellantur ludi in honorem deorū inferorū facti/institut aut uidetur hac de causa, regnante Tarquinio superbo / cū magna incidisset pestilētia in mulieres grauidas/quæ fuerat facta ex carne diu uēdita populo thaurorū/ob hoc diis inferis instituti & thauri uocati sūt. Alię figulina erāt extra portam Viminalem á dextris, ubi surgit adhuc collis eius materiei. Sunt & alii montes seu colles minores

DE AQVAE

ut est mons Coeliculus, siue coeliolus apud Coeliũ mōtē /
 quē Tullius rex addidit urbi cū mōte Exqlino & uimina-
 li extra urbē ppe portā collinā erat locus subterraneus
 in tumulto / ubi uestales uirgines stupro siue incestu de-
 prehēse uiuē fodibant cū pane / & aqua. Plura de his Plu-
 tarchus in uita Camilli. Mons sacer ultra Anienē extra
 portā collinā / quo plebs a nobilitate secedēs diu habita-
 uit.

¶ De Aquae ductibus.

Vlius Frontinus aquas Urbis tantūmodo suo
 tpe. ix. fuisse scribit. Sextus uero ruffus / q Frō-
 tino posterior Dioclitiani tēpibus urbē Romā
 descripsit / aquas ad decem & nouem fuisse. s. Aureliam /
 Appiam / Aniam / Atthicā / Augustam / siue Alsietinam /
 Algeatinam / Antonianam / Alexādrinam / Claudiam /
 Ceruleam / Cuminā / seu Cimianam / Dalmatam / Iuliā /
 Martiā / Sabatinam / Seuerianam / Traianam / Tepulā /
 & Virgineam / seu Herculeam. E quibus nunc una solū-
 modo urbē influit. s. Virginea in campo Martio / ubi la-
 pis marmoreus cum his litteris appositus est.

Tyberius Claudius Drusi filius. Caesar. Aug. ductus
 aquae Virgineae destinatos per Cæsare fundamētis
 nouos refecit ac restituit. Quānis nōnuli. M. Agrippae
 laudem attribuant. Philip. Be. ait. M. Agrippa in ædilita-
 te sua Romam duxit aquam Virgineā / p̄terea fontes fe-
 cit centū quinq. Castella. cxxx. cōplura etiam cultu ma-
 gnifica ac operibus & gratuita tribuit balnea centum se-
 xaginta. Plin. lib. xxxvi. Aqua Virginea a Virgine quadā
 dicta / qd cū grēt aquā milites Ro. Virgo uenas aquarū
 mōstrauit / quā p̄dictus Agrippa obduxit ab octauo la-

picde diuerticulo duo mil. passuū p̄nestina uia iuxta Her-
cullaneū riuum/quē refugiēs Virginis nomen optinuit:
Ml. Agrippa. teste. Plin. in ædilitate sua adiecta Virginea
aqua, cæterisq; corriuatis / atq; emendatis lacus septingē-
to:is fecit. Forma ipsius aqueductus adhuc apparet in Vr-
be//in quo loco non longe ab ecclesia sancti Siluestri in
campo Martio super ueterem arcum in tyburtino lapi-
de iinfra scriptæ litteræ uisuntur.

Titus Claudius Drusi Cæsar Augustus Germanicus
pontifex maximus. trib. potes. v. imp. xi. p. p. eos. desig. iiii.
arcus ductus aquæ Virginis disturbatos p. C. Cæsa rem
a fundamentis nouos fecit ac restituit.

Nōnulli uolūt septem aquę ductus principales in Vrbe
fuisse/primus omniū fuit/in quo erat clarissima aquæ
omnium toto orbe frigoris salubritatisq; palma p̄conio
Vrbis, Martia inter reliqua deum munera Vrbi tributa:
antiquitus enim Anfeia uocabatur/oritur uero piconia
in ultimis montibus pelignorum transit marfos, fucinū
lacum Romam usq; perueniens/mox specu demersa in
tyburtina se aperit nouem millibus passuum fornicibus
instructis p̄ inductum primus in Urbem dictam aquā
inducere uoluit Ancus Martius Rex in Capitolium.
Postea. Q. Martius in pretura/rursusq; restituit. M.
Agrippa/concipitur Via Valeria mil. xxx. prope sub la-
cum/quam ait suo tempore Frontinus in Auentinum a
Traiano perductam, Traianam fuisse dictam/ut apparet
in lapide marmoreo fracto ac nuper effosso. Aqua Mar-
tia concipitur a milliario. xxxvii. ut apparet in litteris su-
per portam Tyburtinam.

DE AQVAE

IMP. Cæsar. diui Iuli. f. Augustus pontifex max. cos. xii. tribunic. potest. xix. imp. xiiii. riuos aquarum refecit.

Imp. Cæsar. Aurelius Ant. pius felix. aug. Parthic. max. Brit. max. pontifex. max. Aquam Martiam uariis ksibus impeditam purgato fonte, excisis & perforatis montibus restituta forma adquisito etiam fonte nouo. Ant. pii aug. in sacra Urbem suam perducendam curauit.

Imp. T. Cæsar diui. f. Vespasianus. aug. pon. max. Tribunitiæ pot. ix. imp. xv. cens. cos. vii. desig. ii. Riuom aquæ Martiæ uetustate dilapsam refecit / & aquam / quæ in usu esse desierat reduxit.

Aqua Tepula erat / quæ ex agro Lucullo Seruilius Cæpio. et. P. Cassius Longinus Censor in capitoliū perducendā curauerunt. ¶ Iuliam aquam. M. Agrippa ab inuentore uocatā introduxit ex tepula uia subterranea supra terram uero fictili structione ope arcuato. ¶ Claudia uero / quæ Caius princeps itroduxit ex fontibus Curtio et Ceruleo mil. xlv. uia Sublacensi Claudius absoluit ope arcuato. Titus deinde restituit / ut cubitales litteræ sup neuia portā demonstrat. f. Ti. Claudius. Drusi. f. Cæsar. Aug. Germanicus. pont. max. tribunitia potestate. xii. cos. v. imp. xxvii. pater patriæ aquas Claudiā ex fontibus quocabantur Ceruleus et Curtius a miliario. xxxvi. Itē Anienē nouā a miliario. lxxii. sua impensa in urbē pducendas curauit. Imp. Cæs. Vespasianus. Aug. pont. max. trib. pot. imp. vi. col. iiii. desig. iiii. p. p. aquas Curtiā et Ceruleā pductas a diuo Claudio et postea itermittas dilapsasq; p ānos nouē sua impensa urbi restituit. Sūt ibi præterea et aliæ lrae minores. f. Imp. Cæs. diui. f. Vespasianus Augustus

pont. maximus. tribunic. pon. imp. xvii. pater patriæ cē/
for. cos. viii. aquas Claudiā et Anienem pductas á diuo
Claudio/et postea á diuo Vespasiano patre suo urbi resti/
tutas cū capite aquarū a solo uetustate dilapsæ essent, no/
ua forma reducendas sua impensa curauit.

Anienē ueterem. M. Curtius cēfor cū. L. papinio annis
xl. post Appiā pducendam demanubiis epyrro captis cu/
rauit cōcipit supra tybur .xx. mil. extra portā Romanā
Anienē uero nouā ope sumptuoso et strictura mirabili
Iulius Frontinus á diuo Nerua curator aquarū factus re/
stituit/ac in urbē pduxit. ¶ Aqua Appia post initium
Sānitici belli inducta ab Appio claudio censore/cōcipit
in agro Lucullano/qui nūc Tusculanus putatur, uia
pnestina. ¶ Aqua Alsietina quæ et Augusta dicebat, ser/
uebat regioni Transyberinæ cū Sabatina /quarū una
Alsietina. s. Via Claudia. mil. xiiii. é lacu Alsietino cōcep/
ta ob frigiditatem minus salubris, ab Augusto fuit intro/
ducta/altera uero Sabatina é á sabatiis post Frontinū
memorata/harū quoq; uisuntur uestigia aqueductus ex/
tra portā Aureliā/quam Sabbatinā existimo/alteris ue/
ro apud triūphalem pontē. Nōnulli addunt beatissime
p̄r. Septimianā/ut aquarū numerus urbis sit. xx. Quæ
quidē aquæ/uel á conditoribus/ut Traiana/uel á locis
unde dicunt/ut Cerulea nomen assumpsere /de p̄dictis
aquis á Iulio Frotino/qui aquarū curæ delegatus fuit/p̄
pulchre scriptū est/ait. n. hii sunt arcus altissimi subleuati
in quibusdā locis ped. cix. tot aquarū tam multis necessa/
riis molibus/et quæ sequunt. Plin. uero dicit. Vicit ante/
cedētes aquarū ductus/nouissimū impediū opis inchoa/

DE AQUAE DUCTIBVS

tia. C. Cæsare/peracti a Claudio /quippe lapideã excel-
 sitatem oēs urbes & montes equantem/ut lauachra im-
 pleret, Curtios atq; Ceruleos fontes adductos/erogata
 in id opus talentū quingenta sexaginta milia. Is est nūc
 aquę ductus/quem a porta Neuiã ad Lateranensem Ba-
 silicam/& inde p Coeli montis dorsum ad Auētīnū mō-
 tem pductum fuisse a Cassiodoro monstrať/in domo
 Ioānis ciampolini nō lōge á cāpo Florido legi infra scrip-
 tas litteras in lapide marmoreo multis in locis fracto, qui
 lapis repertus fuit apud ecclesiam .s. Crucis.

Imp. Cæs. diui. M. Antonini & Traiani. M. Sar. M. fi-
 lius diui Cōmodi .s. diui Ner. diui Antonini Pii nep. di-
 ui Hadriani pnet. diui Traiani Parthic. abnep. diui Ner-
 uae abnepos. Septimius seuerus. pius. ptinax. Aug. arab.
 adiabenic. Parthic. arabic. pont. maxi. trib. pot. viii. im p.
 xi. cos. ii. p. p. procos. Et imp. caes. L. septimii seueri pii, p-
 tinacis. aug. arab. adiabenic. parthic. max. filius diui Anto-
 nii pii pronep. diui Hadriã pronet. diui Traiani parthic.
 & diui Neruae abnep. M. aurelius Antoninus. pius. felix.
 Aug. trib. pot. iiii. procos. p. p. arcus coelemontanos ob-
 nimiã uetustatē collapsos a solo sua pecuniã restituerūt.
 Nō longe á Lateranensi Basilica in coelio mōte est lapis
 marmoreus i aquæ ductibus cū his lris scultis/quis nō
 nulli scaltis dicāt. Imp. Cæs. D. M. Antonini piigerm.
 farm. s. diui Cōmodi frater. diui Ant. pii nep. diui Hadriã
 pronep. diui Traiã parthici abnep. diui Neruae abnepos.
 Et que sequunt/ut aptius dicã in opusculo de ueteribus
 epitha. Ro. qd' qdē Reuerē. Sixto nepoti. S. T. Vicecã-
 cellario & S. R. E. Car. tt. s. Pet. Aduinc. dedicaui.

In arcu tyburtino cōiuncto p̄dicto aquæ ductui inter ecclesiã. s. Marię in dōnica. & Io. & Pauli. sunt infra scriptę lrę im cise uetustate cūsumptę. P. Cornelius. P. T. Dolabel/ la. Cos. C. iunius. C. F. silaus flamen martial. Ex. S. C. Faciundnm curauerunt idemq; probauerunt.

¶ De Thermis

Hermas in urbe. xii. fuisse legimus principales, uidelicet/ Antonianas/ Agrippinas/ Alexandri/ nas/ Aurelianas/ Cōstantinianas/ Dioclitianas/ Domitianas/ Gordianas/ Neronianas/ Nouatianas/ Se/ uerianas/ & Traianas. Erāt & Tyriane thermę/ & Decia/ nię/ Cōmodiãę/ & Syrtacę/ Philippi aug. & Olympiades. Thermæ erant loca amplissima & sumptuosa/ q̄ aut ca/ lentibus aquis/ aut ipso sine aquis fornice igne calefacto lauandi/ sudandiq; usibus deputata sunt. Erant p̄terea in thermis lauachra in modum prouinciarum extructa, ad lauandiq; usum balnea/ nēdum plano in solo micuiq; exposita/ sed etiam pensilia. Erant deniq; in thermis ipsis Areæ amplissime porticibus circūdatę sumptuosissimis, camerataq; superbissimis fornicibus ædificia in circuitu habentes/ in quibus colūnarum diuersi coloris marmo/ rearum ordines immensarum fuisse hinc constant/ ut in ipsis ruinis adhuc apparet, cum parietibus diuersorum la/ pidum in crustatis. Erant et natatoria/ et nemora/ et loca/ pauimentata uariis ador nata picturis. Erant et alia mul/ ta populi ludis/ atq; delitiis exposita.

Thermæ Alexandrinæ ab Alexandro seuro principe eclificatę fuere/ uestigia quarum apud ecclesiam sancti Eu/ strachii uisuntur.

DE THERMIS

Thermæ Agrippinæ a. M. Agrippa factæ nō longe a Pantheon et tēplo Mariæ sup Mineruam, ut ipsæ uestigia demonstrant in loco / qui uulgo Ciambella dicitur.

Thermæ Antonianæ / quas Bassianus Antoninus Caracalla inchoauit / et Alexāder p̄fecit / ad huc uisunt semidirutæ apud ecclesiā. s. Syxtiquarū cellam solearē architecti negant posse ulla imitatiōe / qua est fieri / nā ex ære uel cupro (ut ait Spartianus) cancelli suppositi esse dicuntur / quibus cameratio tota concredita est / et tm̄ est spatii, ut id ipsum fieri negāt potuisse docti mechanis / ut adhuc uisunt ingētes ruinæ cū altis parietibus, ac semisepultis columnis. ¶ Thermæ Aurelianæ / quas hyemnales fecit Valerius Aurelianus imperator Trastryberim, ut adhuc in nonnullis locis apparent uestigia.

Thermæ Constantinianæ / apud equos tyriadis adhuc uisunt semidirutæ in colle ipso Quirinali / et ibidē in fracto lapide marmoreo / Petroniū / pp̄nā urbis p̄fectū illas reparasse legit. ¶ Thermæ Dioclitianæ / nō longe ab ecclesia. s. Susannæ adhuc extant / quas Cōstantius et Seuerus dedicauerunt / atq; statuis suis cōditorūq; appositis ornauerunt / ut in lapide marmoreo ibidē effosso l̄ræ ostendunt. s. M. Aurelius Val. Maximiano inuicto Aug. pont. Max. imp. viii. cos. iiii. p. p. p. In alio marmore translato ad plateā uulgo Cāmillianā dictā, sūt incisæ infra scriptæ l̄ræ. Thermas Dioclitianas / a ueteribus princip. institutas omn̄. In alio uero marmore inter ecclesias scōrū Andree et Antonii posito, apud gradus Tiburtinos uisuntur infra scriptę l̄ræ incisę in nōnullis locis fracte. Seniores Augg. : D. D. N. N. Cōstātinus.

Thermas

M. Aurelius et Maximianus.

Maximianus Aug.

Fieri iussit, et Di.

Pro tanto operis Pomp. uero Letus lib. ii. scribit thermę eius nomine Romę sunt consecratę & Maximiani Hercullii Carthagini. Thermę nominis Dioclitiani inchoatę fuerūt a ueteribus principibus / & cōsecratę ab nouis Augustis Cōstantio / & Maximiano. Dioclitianus igitur inchoatū opus absoluerat omni cultu pfectū. Secuti principes posuere ibi statuas & seniorę & nouorę imperatorę, quorum capita integra, & fragmenta reliqua corporę erui ex subterranea testudine / uelut ibi post ruinas thermę cōseruata uidimus / & partim in Capitolium delata / partim Florentiā missa. Constantius & Maximianus inuicti Augusti, Seuerus Maximinus Cæsares thermas ornarunt, & Romanis suis dedicauerunt. Sit ne in nominibus ambiguitas diximus. Hęc didicimus ex fractis marmoribus ibi effossis / in quibus & tituli uictorię Maximiani Hercullii in hac uerba. M. Aurelius Val. Maximiano inuicto. aug. Pont. max. Sarmatic. max. Gothic. max. Imp. viii. Cos. iiii. p. p. procōsuli. Nil mirādum est. B. P. de ipsis maximis / ac sumptuosis aedificiis Ro. Erāt. n. dñi orbis terrarę / & in p̄dictis thermis aedificadis Dioclitianus imp. & inimicissimus fidei Xp̄ianę. cxi. Christianorę millia / ad id opus pluribus anis in modū seruitii adduxit.

Thermę Domitianę / a Domitião impatore cōstructę in campo Martio, nō longe ab ecclia. s. Siluestri / uestigia quę adhuc apparent diruta marmoribus dispoliata.

Thermę Gordianę fuerunt apud ecclia. s. Eusebii apud

DE THERMIS

domum Gordianorū/quā Iulius Capitolinus dicit extas-
se uia p̄nestina ducentas colūnas uno stilo habentem.
Thermæ Neronianæ erāt ī loco thermarū Alexandrinarū,
quas Alex. imp. restituit, & Alexandrinas dixit/uel ut nō
nulli uolūt cum illis cōiunctæ fuerunt/uestigia ipsarū ap-
parent apud domum reueren. Car. de Medic. Florent.
Thermæ Nouatianæ fuere ī loco ubi nūc est ecclīa. s. Pu-
dencianæ in uico Patritio/ut ruinæ adhuc indicant.
Thermæ Seueriæ a Seuero Aphro imp. edificate fuerūt
ī regione Transyberina/teste Helio Spartiano collūne
pulcherrime/quarū cū marmoribus sunt in ecclīa .s. Gri-
logoni & Cecilie. Thermæ Tytiane a Tyto edifica-
te nō longe ab ecclīa .s. Martini in montibus/q̄ capaces
hodie dicuntur, ob aquarū capacitatem/ uulgo Sette sale/
in quo loco inuenta fuere duo marmora sculpta cū flā-
ma/ in primo erāt Ire/Ioui/ in. ii. uero/ Imp. Vespasianus
Aug. p̄ collegiū pontificū fecit. Post quas inter Aquilo-
nē & Eurū erant thermæ Philippi Aug. imperatoris.
Thermæ Decianæ/erāt in Auētino/quas ad honorē decii
imp. S. P. Q. R. Aedificauit/apud quas erant & ther-
mæ Syriane/seu Varianæ. Raph uol. scribit priuata Tra-
iani. i. gdes cum thermis in Auentino; teste. P. uictore. ea
nūc apparent/q̄ in uinea nostra comprehēduntur; nam
eo usq; aqua. Itē Traiana deducebatur/ut ex marmoreis
lris reptis cōspicimus. Notādū ē qd̄ ruine/quas uidimus
apud trophea. C. Marii a nōnullis thermæ Gallutii appel-
lanē; tñ teste Suetonio/fuit ibi īsignis illa basilica/quā. C.
Caesar Caio/& Lutio nepotibus extruxit/& usq; in ho-
diernū diē Caii Lutii nom̄ retinet/corrupte uero Gallutii.

Erant p̄terea in Vrbe Lauacra multa, ut fuit Agrippinæ lauachrū ab Hadriāo imp. inſtaurato / ueſtigia eius apud eccliam. ſ. Laurentii in Panis pernae uiſuntur apud thermis Olympiades in aſcenſu Viminalis / nō lōge á tēplo. ſ. Witalis / in quo loco fuerūt repta ſimulachra duo Bacchi marmorea, cū fonte & fiſtulis plumbeis cū hac inſcriptione. In lauacro Agrippinæ. ¶ Lauachrū Cōmodi imp. a Cleandro extructum fuit nomine ipſius Cōmodi. Spartianus nāq; ait. Enim uero Pius. i. Marcus. ii. Verus. iii. Cōmodus. iiii. Quintus Caracalla. vi. Getha. vii. Diadumenus. viii. Heliogabalus Antonini fuere / nec inter Antoninos referendi ſunt duo Gordiani / aut qui prænoimen tantum Antoninorum habuerunt.

Bailnea & Baline, ut in marmore antiquo uidi ſcultū. L. Pauli, erant in colle Quirinali / uulgo nūc dicit (cōrupto nomine) Magna napolī / nō longe á turri Militiæ.

dicitur/ḡ continet ianiculum/hortos neronia

nos/ & Domitii/ & Gethæ/ naumachiã Neronis/ Vati-
 canum/ Gaianum/ infulã Iouis/ & Aesculapii/ ædem Fau-
 ni/ balneum Ampelidis/ sacellum Mamæ/ balneum si-
 ue balineum Priscillianæ/ statuam Valerianam/ & sicinia-
 nam/ sepulchrum Nummæ/ caput Gorgonis/ cohortes
 vii. uig. templũ Fortis Fortunæ/ Ianũ Septimianum, &
 aream Septimianam/ Herculem cubantem/ campũ co-
 detanum/ & Brutanum/ castra Lecticariorum/ uicum
 Cenforium/ Gemini/ Longiaquilæ/ Rostrati/ Q uadra-
 ti/ Sicinianæ/ Racilianis maioris/ Raciliani minoris/ ui-
 cum Ianuclensem/ & Laurum Ruralium/ Bruttanum/
 Valerianũ/ Salutarem Pauli Ploti/ Saufei/ Sergii/ & la-
 ci restituti semipub. Patrattilli/ Viberini/ & sex lacei / qui
 omnes uici in dicta regione sunt numero uigintiduo, quibus
 nonnulli. lxxxix. fuisse dicant. Aediculæ totidẽ. Vico magi-
 stri. xlviii. siue. lxxxviii. Cur. duo. Denun. duo. Dom. cl.
 infulæ. quattuor mil. cccv. Horrea. xxii. Pristina totidẽ:
 Balnea. lxxxvi. Lacus uero. clxxx. Regio ipsa in habitu
 continet ped. xxxiiii. mil. cclxxxvi.

Hæc de ipsis regionibus in superficie dixisse sat est.

Alias uero domino concedente prædictas .xiiii. regiones
 in libros .xiiii. exponam publicatis prius opusculis duo-
 decim diuersarum rerum circa honorem Deũ & salutem
 animarum/ ut est illud de confessione/ & aliud de oratione
 & uirtutibus/ nunc uero primo libello finem imponã.

Explicit Liber Primus.

Incipit Secundus.

¶ De Sacerdotibus/ & Magistratibus.

OMANI Habebant in Vrbe Pontificem Maximum sup omnes pontifices, & Sacerdotes/ ut nostro tpe Christiani habent Papam sūmum pontificem sup omnes Epos & Sacerdotes. Erat. n. in maxima auctoritate & dignitate/ in cuius manibus erāt omnia sacra cum libris ritualibus/ & lintheis/ atq; elephātinis/ quā dignitatem maiori cum potestate ac sūma reuerentia ueræ fidei. T. S. adepta est/ ut merito & numero pplus Christianus augeatur/ ac in bonis operibus confirmetur. Primus. n. pontifex fuit Martius Martii. F. a Nūma Rege institutus. ¶ Erant & Flamines sacerdotes a Nūma Pomp. istituti/ q; gestabāt ī capite lanę filamen. Erant enim sacerdotes Martis & Quirini. Primus eorū uocabatur Flamen dialis/ qui aliis superior erat/ atq; solus Ioui mīnistrabat. Dialis aut a potu dyos quod est Iouis. Salij uero erant. xii. sacerdotes Marti deo dicati/ qui per Urbem cum ancilibus saltabant. ¶ Fecialis & pater patratus erant sacerdotes/ qui cū hostibus belli tpe bellū indicebant inferiēdo foedere. ¶ Erant & Augures/ q; captabant auguria uelato capite, lituum dextra tenentes. Erant & sodales Titii sacerdotes extta Urbē habitātes in Tuguriis seruātes auguria. ¶ Erāt & Epulones pontifices ueteres/ ut ludog; Epul. sacrificium facerent. Septē uiratus Epulorum dicebatur/ ut apparet in Pyramide apud portam sancti Pauli moenibus coniuncta/ in quo adhuc litteræ incisæ uisuntur de. C. Cestio. vii. uir. Epulorum/ ut dicam inferius in Methis.

DE SACERDOTIBVS

Erant p̄terea uirgines Vestales a Romulo ordinatæ postea uero (ut superius dixi) deæ Vestæ a Nūma institutæ / q̄ p̄petuum ignem conseruare deberent.

Reges Romanorum septem fuere / e quibus Romulus fuit primus / & a regendo dicitur / spaciu uero t̄pis a defūcto rege usq; ad creationē sequētis interregnū dicebatur / ut nos dicimus inter pontificū a defuncto pontifice ad creationem usq; sequentis pont. ¶ Erant Senatores / q̄ primū a Romulo fuerunt instituti patres cētum / postea uero / teste Gelio / mille fuere a nobilitate generi / uel a senili ætate / aut a sapiētia / postremo uero / patres cōscripti appellati sunt. ¶ Quæstores semp̄ duo fuerunt regū t̄pe / ut inquit Iunius lib. vii. ab inquiredo dicti / & habebant curā ærarij / erant & q̄stores urbani & prouinciales.

Cōsules duo ab urbe condita anno. CC. XLIII.

Primi. n. fuerunt. L. Iunius Brutus / & L. Tarquinius Collatinus / quibus datū erat a Po. Ro. xii. fascibus uti / totidēq; Lic̄toribus cū securibus p̄ annum / & primus uocabatur maior / qui talia insignia tenebat. ¶ Proconsules uero habebant sex lic̄tores / & potestatē solūmodo i prouincijs / functi. n. magistratu Cōsulatus fiebāt Proconsules.

In ædibus dñi Petri de sancta Cruce apud plateā Iudeorū in lapide marmoreo adhuc uisuntur insignia sex cū his l̄ris. Fasces & secures consulares. Ut depictas ostēdam in epytaphi. opusculo. Io. An. Viterb. ait. Et ut recte nosset Christophorus Flo. eruditissime posuit sup̄ Oratii Odam illam. Quem uirḡ aut heroa. Fasces erāt fasciculi uirḡ in quibus sigulis singulæ secures inclusæ erāt. Eas duodecim / primas Ianus dedit in Olympo Aethru

rig ad cōtinentes recentes colonias in aureo officio & ad terrendos & flagellādos malos/ut hic n̄. Fab. pictor in princi. insinuauit. Romulus postea: teste Liu. ab Aethruscis pplis fascēs. xii. cū lictoribus assumpsit/qui numerus cōformis erat duodecim auibus augurii. Erant aut̄ duodecim fascēs: teste Annio Viterb. ut oēs concedunt/cuius princeps dicebatur Aethrusca lingua Baracel/latine lictor & p̄cussor. Vnde & Barac p̄cussorem interpretatur diuus Hieron. inde interpretatione nominum/á quo nomine Baracel. B. P. existimo dictum esse uix illum/quem uulgo appellamus Baracello: nō aut̄ á barōibus: ut nōnulli uolunt: habet. n. iuuenes armatos cū insignibus puniendi/ ut ipsi: lictores Philip. Ber. ait. Lictores ministri sunt magistratuum á ligando appellati/quod cū magistratis ppli Ro. uirgis quē pia uerberari iussissent/crua eius/ & manus ligari uiciriq; á lictore soliti sint/auctores Valgius Rufus/ & Gellius. ¶ Erant & Censores: primi. n. fuerunt. L. Papius Mucillanus/et. L. Sempronius Actratius áno Urbis. CCCX. p̄ quinquennium/quod tēpus lustrium appellabāt: postea uero ánuatim creabant̄. Erāt et dictatores: primus fuit. T. Largius aduersus Latinos post reges. ¶ Tribuni plebis erāt. x. postea. v. áno xvii. post fugam Tarquinioꝝ. Erant et tribuni militares in castris/et tribuni erarii. ¶ Prætores. xviii. q̄ sex lictores habebāt et sellam/in principio unus fuit p̄tor. ¶ Erat p̄fectus urbi/et p̄fectus ánonę. ¶ Erāt curatores xiiii. urbis ab Alex. Seuero instituti/quos audire negotia urbana cū p̄fecto urbis iussit: Spar. auctor. ¶ Erat p̄fectus Vigilū tpe Augusti institutus ad icēdia reprimēda.

DE SACERD. ET MAGIS.

¶ Præfectus prætorius erat apud Imperatorē/qualis & magister equitum apud Dictatorem. ¶ Erat præfectus legionis/qui etiam comes primi ordinis erat/quæ primi pilum dicunt/qui. clx. militibus præerat. ¶ Erat & præfectus castrorum/cui obediebat præfectus Fabrorum. ¶ Aedile plebei Currules erant/qui ludos hæebant. ¶ Erant & Aediles/qui cloacas & ædificia curabant. ¶ Aediles uero Cæreales creati sunt a Julio Cæsare/qui rei frumentariæ præerat/ut nō tpe. T. S. instituit. ¶ Duo uiri sacrorum in legē doli libris Sybillinis/& duo uiri/qui uisus. Tul. Hostil. Rex potestatem fecit iudicandi capitale/apud Varronē/Letūq; Pomp. de scripta reperi de ipsis magistratibus. ¶ Tres uiri capitales/qui cognoscebant criminū causas/teste Lioio lib. tertio. Triū uiri Coloniaꝝ/sup Colonias officiū habentes/triū uiratus Reip. ut fuit. M. Antonius/Octavianus/& M. Lepidus. ¶ Quinq; Viri/ut inquit Cecilius lib. ii. epularū/erant/qui p magistratibus fungi possent/cū Vespertinis horis magistratibus in pub. uenire nō esset. ¶ Septē uir Epulæ in sacrificiis/& hierant ex genere sacerdotali pontificibus additi/ut epulæ carimoniam curarent. Decem uiri legum p Cōsulibus creati fuere/āno Urbis cōditæ. CCCIX. Tertioq; depositi libidine Appii Claudii ¶ Centum uiri/nā cū essent Romæ. xxxv. tribus terni ex singulis tribus sunt edicti ad iudicandum / qui Centum uiri appellati sunt / & licet quinque amplius quam centum fuerint/ā facilitate numeri Centum uiri dicti. Plinius in Epistolis Centum uirales causas tractasse se scribit. ¶ Erant et procuratores Cæsarium & Iurisperiti/& alii magistratus. /

DE TEMPLIS VRBIS XXXII

N Vrbe multa erant templa et Arę atq; Aedificule/ut habetur in regionibus.

Tēplum pantheon dedicatū erat ioui ultori et Cybeli/et oībus diis/nunc uero Deo æterno/et Marię Vir. et oībus Sanctis/uulgo. s. Maria Rotūda, cū portu cupulcherrima. M. Agrippę /in frontispitio cuius uisuntur cubitales literę cū hac inscriptiōe. s. M. Agrippa. L. F. cos. tertiū fecit. Sunt & alia minores lřę ibidē incisę. u. z. Imp. Cæs. L. Septimius seuerus. pius. pertinax. arabicus. adiabenicus /parthicus /pontif. maxi. tribu. pot. xi. col. iiii. p. p. procos. et Imp. Cæs. M. Aurelius. Ant. felix. augu. trib. pot. v. col. procos. Pantheon ob uetustatē corruptū cū omni cultu restituerūt. Sunt alia lřę corrosę apud p̄dictas de instauratiōe facta ab Hadriano /ut iquit Spartianus /postea uero a. L. Seuero et. M. Aur. Ant. impatoribus. In quo templo erāt pauimenta pulcherrima, et colūnæ in capitibus e lapide syracusano / altitudo tēpli bracch. lxxvii. latitudo uero totidem / tegmen testudinis fuit ex laminis / nō plūbeis (ut nūc) sed argēteis / quas laminas cū argēteis uasis substulit Cōstātinus nepos Aeraclii ueniens ad Urbē. erāt p̄terea in dicto tēplo in crustationes diuersorū lapidū / et aureę statuę atq; eburneę. Inter alias erat Statua Veneris / in auribus / cuius erat unio maxime taxationis / q̄ olim Cleopatřę Regineę fuerat / q̄ uno ausu cętes sextertiū i coena Antonii ebibit resolutis in uasę p̄ciosis margaritis / teste Plin. lib. ix. Tēplū magnę matris deū erat i palatio post bellū Maced. ā. M. Iunio Bruto dedicatū i quo erat statuę pulcherrime / et colūne p̄ciosę cū pauimētis diuersorū lapidum.

*In dno uiribulo
erant caly dno
qui ab urbane dno
Pat. Mag. fuerunt
ab hęc et q̄ ip̄ij
conferi columnę
qui erant in ce
no d' u. Petri
supra locum q̄
appellat. Confe*

DE TEMPLIS

Templum Victorię erat in palatio p̄dicto uariis lapidi-
bus et auro exornatū/in quo statua magnę matris deum
ęgręcia aduecta posita fuit/teſte Liiuo in octauo/cū alia
ędicula Victorię uirginis á Portio Catone cōſtructa.
Templū Pacis apud forę Caęſa. ędificatū fuit á Veſpaſia-
no deae ipſius pacis/in quo clariffima q̄q; artificum opa
dicata fuere mira celeritate ab ipſo Veſpaſiano/ueſtigia cu-
ius miranda apud eccliam. ſ. Marię nouę cōſpiciuntur/q
coronas ex cinnamomo in terrafili auro inclufas primus
oium í tēplis Capitolii et Pacis dicauit Veſpaſianus aug.
in quo templo erant colūne ingentes/et ſtatue pulcherri-
me p̄tioſis margaritis adornatę. Titus et Veſpaſianus ua-
ſa tēpli Hieroſolimitani cum uniuerſis donariis in tēplo
pacis cōſtituerunt. ¶ Tēplum et ſacellum Pudicitię ad-
huc apparet integrū apud pontē. ſ. Marię ad honorem
beatę Marię Aegyptiacę dicatum:nōnulli uolunt fuiſſe
tēplum Fortungę ſiue Dianę. Hęc duo tēpla. ſ. Ma. Aegy-
ptiacę et. ſ. Stephani/unum in honorem Dianę ſiue Au-
rorę/alteꝝ uero Fortungę. ¶ Erat et ſacellum pudicitię
plebeę cum ara í uico longo á uirgine plebea cōſtrutū.
Tēplum Veſtę nōnulli dicunt illud fuiſſe quod nunc di-
catum eſt ad honorē. ſ. Stephani á Syxto. iiii. inſtauratū
inter eccliam. ſ. Marię í Coſmodim et tyberim/uidimus
.n. in argenteis aeneiſq; nummis Māmae genitricis Ale-
xandri imp. et Liię genitricis Aureliū Ant. Aedem ueſtę
ſcultam rotundā, columnis in circuitu altare muniētibus
ut eſt illud: tñ a nōnullis putat Matutę ſiue Aurorę tēplū
fuiſſe. Veſtę uero (ut placet Modeſto) rotūda effigie erat
inter Capitolium et palatium/et in eo ſeruabat̄ p̄petuus
ignis. Credibile

ignis. Credibile est Romulum qui in omnibus curiis Ve-
 stā esse uoluit, separatim nō posuisse: eadē affirmat Ra-
 ph. Volaterranus/qui dicit dictū tēplum fuisse ubi nunc
 est ecclia. s. mariæ libera nos á penis inferni. Pomp. Læ-
 tus eadem confirmat qui lib. ii. scribit. Romæ in templo
 nuper reperto ad Fo. Ro. in quadā marmorea basi. De-
 dicata. xiiii. kl. Ian. Cōstantio. iii. & Maximiano. iii. cels.
 col. curante Vur. Niceta. ¶ Tēplum Mineruæ ubi
 nunc est ecclia. s. Mariæ sup Mineruā/uestigia cuius in
 ædibus fratrum apparēt/in quo erat statua ingens marmo-
 rea ipsius Mineruæ & alia quam multa notanda.

Templum salutis in colle Q uirinale á Fabio Maximo
 depictū/constructū uero á Iunio Censore/quod consul
 bello Sannitic. uouerat. ¶ Tēplum Felicitatis á Nerōe
 cōbustum ubi fuit domus Aurea. ¶ Tēplum Spei erat
 in Fo. Holitorio uariis exornatū marmoribus/quis nō
 nulli dicant extra Urbē fuisse ad primū lapidem uia Sala-
 ria á sinistris exeūtibus/inter mœnia. n. esse nō poterat.

¶ Tēplum Pietatis in cāpo Martio ubi nūc est ecclia. s. Sal-
 uatoris de Pietate/seu de Cupellis. ¶ Erat & templum
 Pietatis apud Marcelli theatrū/teste Pli. C. Q uiritio &
 .M. Atilio consulibus consecratum fuisse in honorem
 Pietatis/in quo erat statua aurea Pietatis: in Fo. Holito-
 rio habebat aliud templum dea pietatis/teste .P. Viſt.

¶ Tēplum Concordiæ in Arce Manilio p̄tore cōstructū/
 in porticu cuius adhuc extant octo ingentes colūnæ cū
 inscriptione. S. P. Q .R. ¶ Erat tēplum Aesculapii &
 Cōcordiæ/quod Livia cōstruxit inter eccliam. s. Mariæ
 Nouæ/& Collosseū/uestigia cuius in hortis fratrum ap-

DE TEMPLIS

parent in quo Sardonicem gēnam fuisse constat cornū aureo augustę dono inclusam. ¶ Erat & tēplum Concordiæ in area Vulcaniā Flauio constructum ppter reconciliationem ordinis Senat. & Eq̄st. uariis picturis exornatum ex pecunia multatiā. ¶ Tēplum bonæ deæ in Auentino a Claudia Vestali/postea uero a Liuiā restitutum fuit/nō longe fuit a saxo Auentino, ad honorem Fatuæ castissimæ sororis Fauni/unde ingressus uirorū prohibetur/& ei fœminæ tantum sacrificabant.

¶ Tēplum Libertatis in Auētino ex pecunia multatiā constructum fuit cū Aereis colūnis & statuis pulcherrimis.

¶ Tēplum Iunonis in Auentino uariis marmoribus & picturis exornatum. ¶ Erat & tēplum Iunonis Reginæ in urbe a Camillo dedicatū captis Veis. ¶ Erat & tēplum Iunonis monetæ in capitolio a monendo dict. ubi nunc ædes conseruatoꝝ/nō longe a quo erat tēplum Telluris ubi nunc est ecclesia. s. Saluatoris in Tellude.

¶ Tēplum Vulcani apud lacum Curtiū/ante quod pēdebat Scyphus Romuli/nō longe a quo erat terræ hiatus in quo se demersit Curtius ornatus cū equo & pestis uersa urbis euanuit. ¶ Tēplum Herculis in Auētino/ ubi nunc est ecclesia. s. Priscæ Vir. ¶ Tēplum Herc. uictoris in Fo. Boario erat rotundū in quo loco repertum fuit simulachrū Herc. deauratū tpe. Sixti. iiii. post. eccliā. s. marie in Cosmodim/ut apparet in Epythaphiis/nō lōge a quo erat ara maxima. ¶ Erat p̄terea tēplum Herculis uictoris apud portā Trigeminā/& in dorso Quirinalis montis aliud temp. Herc. a sinixtris uero tēplū Quirini & adhuc uestigia ipsorum uisuntur.

*templū liberranij
cūm dicit Plut.
Cecione, ubi do-
mif. circūmferat.
in. lib. 3.*

Apud circum maximum erat templum Herc. iussu Sybillæ cōstructū / i quo nec canes / nec muscæ stabāt. Qui. Altera pars circi custode sub Hercule tuta est :

Tēplum Iani in capitolio ubi nūc carcer pub. claudebat pacis tpe / aperiebaturq; fatiscente bello. Vnū fuisse Ianū priscum Berosus li. v. Antiq. ait / plures uero posteriores. Ianū & Vertunum eundē fuisse uolunt / id cōsonat & p^ria eorū epitheta / & interpretationes demonstrat / auctore Annio Viterb. Ianus. n. ut ait Cicero & Macrob. lib. i. significat quasi eanus ab eundo dicitur / quod eat & uertat cœlum & res oēs. Apud Ianū. n. solū est omne ius uertē / di cardines. Erat multa loca Iani : unde Ouidius.

Cum tot sint Iani / cur stas sacratus in unum ?

In Velabro sic dicto a pecunia q̄ nautis ibidem soluebat. *in labro.*
Est moles illa marmorea quadrata iano dicata / statuisq; dispoliata. Erant. n. iani ædificia fornicata / & undiq; peruia in omnibus regiōibus / in quibus Feneratores & mensarii cōueniebāt. Oratius. Postq̄ res mea ianum ad mediū fracta est. Fabius pictor ait principio ianū inuenisse uinū / & fari ad religionē & sacrificia magis / q̄ usum / & ob id sibi farrata & uinum in sacrificiis prælibari. Berosus autem addit / q̄ ipse dictus est a Scythis lingua eorū Ianus / quia primus in Armenia inuenit uinum. Aramea enim & hebraea lingua iajn uinum dicitur teste Io. Annio Viterb. a quo Ianus uinifer deriuatur. Ergo aramen ianus / græce ænotrius dicitur / latine uinifer / & ab iano ianua dicta est.

Templum Fortunæ equestris erat iuxta theatrum / siue amphiteatrum.

DE TEMPLIS

In Exquiliis erat tēplum Fortunæ malæ. ¶ E & tēplum Fortunæ uirilis iuxta lucū nemorosum / ubi uirgines a sacerdotibus tēpli inspiciebant. ¶ Templum Fortunæ primogeniæ a Cn. Domitio p̄tore urbano cōstructum fuit. ¶ Tēplum Fortunæ in domum Aureā inclusit Nero / q̄ ex lapide p̄gynide translucēte ædificatum erat foribus clausis claritatem diei intus haberet.

¶ Erat & ædis fortunæ a Ser. Rege cōstructa apud domū Auream / quā Seiam appellant. ¶ Templum Florę in Quirinali / ubi fiebāt floralia / de quo Martialis.

¶ Tēplum boni euentus apud Pantheon uariis columnis exornatum. ¶ Tēplum Apollinis ī Vaticano / ubi nūc est oratorium. s. Petronillæ uir. cōiunctū ecclīæ. s. Petri.

¶ Erat & tēplum Apollinis in palatio a. C. Cæsare cōstructum / & aliud p̄pe Cæsare Aug. ¶ Tēplum Castoris & Poll. in uia sacra in Fo. Ro. sub palatio / ubi nunc est tabernaculum Virg. ad ponticulū / in quo loco effossa fuere uestigia cum duabus tabulis marmoreis dedicatione ipsius teste pomp. lēto / q̄ eas uidisse affirmat. Nōnulli uolunt fuisse ubi nūc est ecclesia. s. Loy. ¶ Tēplum Neptūni apud tyberim ab Hadriano restitutum nō longe ab ecclīa. s. Blasii de Pan. fuisse Raph. Vol. scribit lapides cū titulis ibidē effossos uidisse. ¶ Tēplum Isydis, in quo loco Vesp. & Titū triumphatores nocte illa / q̄ triūphū p̄cessit quieuisse dicūt / ut Iosephus & alij uestigia cuius miranda apparent in ædibus ornatissimis. Car. s. Sabina / quis nōnulli dicant apud ecclīam. s. Mariæ in Equiro fuisse / ubi adhuc uisuntur tres columnæ ingentes in ædibus Domini Mauritiū de Capranica.

Templum Iuturnæ erat in cāpo Martio apud aq̄ Virgineā/ubi nūc dicit̄ (corrupto uocabulo) Treggio. Ouid. Te quoq; lux eadē Turni soror eade recepit. Hic ubi Virginia cāpus obitur aqua. ¶ Templū Faustine uxoris Hadriani/quam .iii. āno imperii Hadrianus amisit diuinis honoribus a Senatu coli, delatis circensibus & flāmin. & tēplo cū aureis statuis/ut adhuc uestigia nōnulla extāt in ecclīa. s. Laurentii. in miranda/ubi ingentes colūnæ cū hac inscriptione apud ecclīā. s. Cosme & Dam. uisuntur. Diuo Antonino/& diuæ Faustine ex. S. C.
 Templum Romuli in uia sacra/ubi nunc est ecclīa scōge Cosmæ & dam. Aliud habebat tēplum Romulus/ubi nūc est ecclīa. s. Theodori apud palatiū maius/in quo loco Romulus & Remus expositi fuerunt in Alueolo, qui locus dicebatur Germalū/ teste Varrone/ nō lōge a quo erat Ruminalis ficus a rumine Lupæ/nōnulli Romularem ficū appellant/ut Franc. Petrarca in eplis ad Io. Car. de Colūna: supra uero in capitolio ē regione istoz fuit Lupercal/hoc est mansio Lupæ/q̄ nutriuit pueros: eius uero antrum erat ibi prope tres columnas nō lōge a palatio. ¶ Erat & tēplum Romuli in colle Quirinali/ & ipse deus Quirinus appellatus est/ uñ & Quirites/ ex cuius spoliis facti sunt. cxxx. gradus marmorei apud ecclīā. s. Mariæ Ara coeli & capitolii āno xpi. M. cccxlviii. die uero. xxv. Octob. ¶ Tēplum Aesculapii erat in insula tyberina/quod. Kl. Ianuarii sacratū fuisse dicunt, unā cū delubro Iouis ibidē propinquo/ teste Ouid. Ut in lapide tasio adhuc nauis, & dei Aesculapii apparent uestigia sculpta. Marmora thasia nobiliss. erant in insulis Ci

DE TEMPLIS

cladibus/est.n.maculosum marmor/teſte Plin. & Papi-
 nioſimiliter & in tēplo diui Laurentii extra muros in pul-
 pito marmoreo nō nulla p̄dicti Deiſcalpta uiſuntur /ha-
 betur hystoria Aesculapii ab ipſo Liuiolib. i. & Valerio
 li.xi.in dicto templo ponebātur infirmi/qm̄ deus erat ip-
 ſius medicine. Cōpoſitionem aduerſus animalia uenena-
 ta incifaſm lapide uetſibus in limine edis Aesculapi /refert
 Plin.ſe uidiſſe/nōſtra uero etate duo ibidem uiſuntur tē-
 pla ſuper antiqua ueſtigia/unū in honorē Ioan. Bapt.al-
 teꝝ uero diui Bartholomei Ap̄li. De quo Bap. Leo ait.
 Aesculapio i inſula tyberina tēplum locarūt/quod egro-
 tos aqua in primis indigere arbitrabantur/Alibi extra ur-
 bem edem huic deo ponere aſſueſſe aiebat. Plutarcus/qd̄
 illic eſſet aer ſalubrior. ¶ Erat tēplum Rauēnateū, &
 taberna meritoria ubi nūc eſt ecclia.ſ. Marię trāſtyberim:
 de quo loco nō nulla ſcripſi in ſtationum opuſculo.

¶ Tēplum Conſi id eſt dei cōſilioꝝ/uel Neptūni equeſtris
 fuit ante circū maximū ſub terrā,uerſus forꝝ boariū. Duo
 numina ſubterranea ſolūmodo habebāt tēpla.Pluto.ſ.
 & Cōſus/quia p̄eſt rebus inferis/q̄ ſub terra ſunt: hic cō-
 ſilio/qd̄ debet eſſe occultū/in tēplum Conſi deſcende-
 tur pluribus gradibus. Antiq. n. in omnia tēpla ingredie-
 bātur p̄ gradus .iii. abſcēdendo/& in unū tm̄ deſcende-
 bāt Cōſi tēplum/ut placet Pomp. Let. ¶ Tēplum So-
 lis fundauit in Vrbe Valerius Aurelianus imp. nō longe
 a turri Militię/q̄uis nōnulli dicant in ampliacione Vrbiſ
 fundatū apud moenia fuiſſe ab Aureliano: duoq; fuiſſe
 tēpla Solis Volat. dicit qdam exiſtimant eas eſſe ruinas/
 quę ſuper ædes Columnēſium apparent.

- ✓ Templum Lunę erat in Auentino ppulchrũ. nō longē a
 a quo erat templũ cōmune Dianę apud ecclia. s. Priscę.
- ✓ Tēplũ Martis in Vaticão ubi nũc est oratoriũ. s. Ma. de
 Febribus: tñ Cęs. Aug. extruxit eđē Martisultoris et eđē
 iouis tonantis in Capitolio/parietes cuius erāt incrustati
 numidico marmore. ✓ Tēplum Mercurii erat in regio-
 ne. xi. cū statua eius pulcherrima p̄ciosis exornata marga-
 ritis. ✓ Tēplum iouis feretri in capitolio ubi erat quer-
 cus pastoribus sacra/primũ oĩum Romę sacratũ/est au-
 ctore Liuij a Romulo edificatũ/ubi nũc est ecclia. s. Ma. *lib. 1. fol. 4. A.*
- Ara cœli. ✓ Tēplũ Iouis. Opt. Max. erat ubi nunc est ec-
 clia. s. Saluatoris in maximis. ✓ Tēplũ Iouis magni Ca-
 pitolini quadratũ quoquo uersu ped. c. altitudo uero. cl.
- ✓ Tēplũ Iouis capitolini ueteris apud hortos Salustiaos.
- ✓ Erat et Tēplũ iouis statoris a Romulo constructũ post *See plat. in Cicione*
 pugnã et reconciliationem Sabinorũ ubi nunc est ecclia
 .s. Nicolai in statera. ✓ Tēplum iouis custodis in capito-
 lio a Domitiano constructum est.
- ✓ Templum Veneris & Cupidĩs simul iuncta in locu ubi
 nunc est ecclia. s. Crucis in Hierusalem.
- ✓ Erat et templum Veneris apud Circum maximum a
 Q. Fabio edificatum.
- ✓ Templum Saturni in Cliuo positũ ubi erat erariũ. R. o.
 ubi nunc ecclia. s. Saluatoris i erario: habuit postea aliud
 tēplũ ubi nunc est ecclia. s. Hadriani mar. Erāt et alia tē-
 pla et arę atq; ediculę i urbę q̄ oĩa ne sim plixior omitto.
- ✓ Extra urbem uero erat templum Veneris ericinę extra
 Collinam portam a .L. Portio dedicatũ/uestigia cuius
 diruta adhuc extant.

DE BIBLIOTECIS ET BASILICIS

- ✓ Erat aliud tēplū Veneris Aericinæ in capitolio á. Q. Fabio maximo ædificatū. Attilius uero teste Liuio ibidem tēplū Mētideæ ædificauit/ac multis muneribus ditauit.
- ✓ In uia Labicana erat templum Q uietis.
- ✓ Tēplum Bacchi erat apud eccliam. s. Agnetis extra muros/ut adhuc picturæ antiquissimæ émuisuo indicant.
- ✓ Erat & tēplum Martis extra portā Capenam uia Appia: unde equites. Ro. nonis Q uintilibus trabeati holeræ ramos dextera manu ferētes cū pompa ibant ad templū Castoris & Poll. ueluti ad urbem cū uictoria redeūtes.
- ✓ Templum Mercurii erat ibi p̄p̄ in quo sacrificabāt mercatores/ut periuriis absoluerentur. ✓ Erant & alia tēpla multa de quibus nulla facio mentionem breuitatis causa de uariis formis & locis temploꝝ nōnulla scripsit Bapt. Leo. lib. vii.

¶ De Bibliotecis & Basilicis.

Ibliotecæ in Vrbe fuerunt numero .xxviii. uariis marmoribus & picturis exornatæ:

b rii marmoribus & picturis exornatæ:

Augustus Cæsar in monte Palatino pulcherrimam extruxit bibliotecam Latinā. s. & Græcā, cū porticu/ q̄ Palatina dicebatur primaria inter oēs/ in qua erat statua Numeriani imp. á senatu posita cum inscriptione. s. Numeriano oratori potentissimo. Erat & statua. M. Varronis uiuentis/ teste Pollione. ✓ In Capitolio erat biblioteca pulcherrima maiorū cura seruata, pulcherrimis colūnis & marmoribus exornata. Gordianus Imp. bibliotecam maximam extruxit in urbe/ in qua ad sexaginta duoz millia posuit uolumina. ✓ Hadrianus uero imp. fecit bibliotecam pulcherrimam marmoreis exornatā colūnis/ q̄ Vlpia uocabat̄ apud thermas Dioclitianas

aucto re

auctore Pollione/in qua libros lyntheos & elephantis nos principū gesta & S. C. cōscripta posuit. ¶ Erat biblioteca Asinii Pollionis Romæ/q primus bibliotecingenia hominum rem pub.fecit. Biblioteca Marcelli apud theatrū eius quam Octavia m̄ post mortē ipsius ad honorē eius construxit. Biblioteca Pauli fuit magna & interingentia opera apud Forū/alias uero bibliotecas/ ne sim prolixior obmitā. ¶ Basilica locus erat ubi litigabant Romani/quæ ex binis cōstabat porticibus/in prima. n. porticu stabant caufidici/in secunda uero plebei & serui. ¶ Basilicę principales. xii. erant. uis delictet. Iulia. Vlpia & pauli cū frigiis colūnis. Nestini. Nerumii. Sicimini. Macidii. Portii. Flosellii. Constantini. Martiani & Vascellarii/quæ oēs erāt exornatæ stautis & colūnis pulcherrimis/ue stigia quarū haud facile discernūtur. Papinius de basilica Pauli ait, Sublimis regia Pauli. M. Ant. sabel. exponit regiam idest basilicā latine. ¶ Basilica Cōstantiana erat apud uiam latam; Portia uero apud Fo. Ro. a portio Catone. Vlpia uero apud Thermas Diocletianas/ubi & Biblioteca.

¶ De Capitolio.

Apitolium Tarquinius priscus Romanorū rex bello Sabino ædificaturum se uouerat, ieceratq; fundamēta/postea uero Oratius puluillus Consul dedicauit. Interiecto deinde quadringentorū / & quindecim annorū spacio igni consumptū est. Cons. Appione & Norbano per bella ciuilia & mariana/refectionis curā uictor Sylla suscepit. Dedicatio autē per. Q. Catu

K

DE CAPITOLIO

lum celebrata est / cuius nomen inter tanta Cæsarū ope-
 ra usq; ad tempora Vitellii imp. mansit. Plutarcus & Ta-
 citus auctores. Vespasianus autē imp. de formem Vrō
 bē acdirutū Capitolium ueteribus incendiis ac ruinis in-
 ueniens / uacuas areas occupare & edificare / si possessō-
 res cessassent / cuiuscūq; permisit : restitutionē Capitolii
 aggressus ruderibus purgandis manus primus admo-
 uit / arearumq; Tabularum tria millia / quæ simul con-
 fragrauerant, restituēda suscepit : undiq; inuestigatis exē-
 plaribus / in quibus tabulis monimēta pub. continebā-
 tur / ut inq; Polibius lib. iiii. E quibus unam uidi affixā
 in ecclesia lateranēsi apud maiore capellā, ut inferius dis-
 cam de legibus. Tum Heluidius prætor præeunte pon-
 tifice iustrauit Areā capitolii, precatu Louē, Iunonē, &
 Mineruā Capitolinos deos / ut cepta prosperarent. Ter-
 tio fuit dirutum & incensum Capitolium : a Domitiano
 reffectum fuit magnificentius & elegantius, q̄ antea fuis-
 set : cuius impensam duodecim millia Talentorum exce-
 disse dicit Plutarcus. Intelligēdum est de Talentis Ro-
 manorum. Talentum enim æticum magnum / habet
 auri lib. lxxxiii. Talentum uero paruum. lx. Roma-
 num autem lib. habet. lxx. tegulæ ipsius Capitolii
 erant æreæ / quas postea Catulus deaurauit. Honorius
 uero primus postea ad ecclesiā sancti Petri in Vatis-
 canum transportare fecit / ut adhuc multæ ibidem uisun-
 tur. In dicto Capitolio erat arx fortissima Capitolina,
 uarijs exornata marmoribus. Erant & templa deorum
 & sacella, & areæ, & alia q̄ plurima ædificia pub. habuit
 enim supra sexaginta templa & loca deorum, teste Vas-

DE CAPITOLIO XXXVIII.

lerio maximo; In æde Veneris genitricis Cæsar Dictator sex dactyloecas consecrauit teste Plinio & in tēplo martis Scyphos ferreos posuit; a Liuiā uero Augusta dicatum fuit uas cristalli magnitudinis amplissime, lib. quinquaginta. Nullus enim existimare posset diuitias & præcium atq; pulchritudinem ipsius Capitolii, propter aureas statuas, & gemmas cum aureis argenteisq; uasis templorum. Eutropius ait, nullam sibi nisi auream et argenteam statuam in Capitolio passus est poni. Plinius uero scribit regum Ro. statuas fuisse in Capitolio positas. Erat & argenteus anser: & Custos armorum Ianus. Erat præterea sedes & domus omnium triumphorum: in quo loco Augustus tributariū orbem uidit. Deinde uero. L. Ant. commoditempore Capitolium fulmine ictum unā cum egregia illa biblioteca, maiorum cura parata crematur. Aedes quoq; in proximo posite eandem calamitatem sensere. Exortum est deinde aliud incendium / quo & ædes Vestæ & palatium, bonaq; Urbis pars exusta est, ac solo adæquata / ut uestigia semiusta indicant. Extant in capitolio fornices duplici ordine nouis inserti ædificiis publicis receptaculum cum hac inscriptione uetustate consumpta. Q. LVTATIVM. Q. F. ET. Q. Catulum Coss: substructionem & tabularium de suo coerauisse. Post Capitolium inter Septentrionem & Orientem est locus busta galli dictus: ubi Galli a Camillo interfecti fuerunt, ibidēq; sepulti: nunc uulgo dicunt portugallo: Erat & capitolium uetus in mōte Quirinali multis statuis & picturis exornatū/uestigia

de Domitiano

Arcus S. Portugalli
Hæc de dicto

DE ASYLO

nonnulla fundamentorū adhuc uisuntur/in quo loco
effossum fuit marmor cum his litteris fractis. ¶ Nil
esse difficilius, q̄ bene imperare.

Nota.

¶ De asylo & turri militiæ.

a Sylum nepotes Herculis Athenis sibi primū
deæ Misericordiæ cōsecrarunt. Asylum quasi a
Syleo, quod est inde extrahi nullus posset: uñ Romu-
lus Romæ aperuit asylū/ quod cōfugientibus illuc ser-
uis liberisue tutissimū erat receptaculū/asyli. Locus fuit
in Vrbe inter auentinū & rupem tarpeiam, apud saxum
prædictæ rupis, inter duos lucos. teste Dionysio. Oui-
Romulus ut saxo locum circūdedit alto.

Quilibet huc inquit confuge/tutus eris.

¶ Nonnulli uolūt Asylum fuisse templū illud, quod
nunc beatæ Marię ægyptiæ dicatum est. Tamē. Pō.
lætus diuidit Tarpeium montē in duos Colles, in capi-
tolium. s. & Arcem: in medio erat uallis, in q̄ fuit Asy-
lum templū inuiolabile/ & templū ue Iouis, id est parui
Iouis/ in quo erat simulacrū eius cum sagittis, ut inquit
Gellius lib. v. ¶ Turris militiæ est apud palatiū Ner-
uæ. Impe. in q̄ milites Traiani principis cōtinebantur:
quæ plurimos habebat murorum circuitus: ut adhuc
in aliquibus locis apparent uestigia: non longe a qua est
fossa fuere nonnulla marmora cū his litteris incis. ¶ Po-
tissima dos in p̄ncipe Liberalitas & Clemētia. Turris me-
cognatis in Exquiliis marmorea / quā nonnulli eā fuisse
affirmant: quā dirutā uidemus apud domū. Car. de co-
lumna. sed ibi Flauię gentis ædes fuisse credo. Pompo

Nota P̄nceps.

Turris Mecognatis.

ET PORTICIBVS EXXXIX

latus ac ipse Poggius noster Flo. dicūt fuisse ultra the-
 mas Dioclitianas uersus orientē, non longe ab eo loco,
 qui uulgo Buttedi Thermi dicitur / in quo loco hoc an-
 no multa marmora eū Tyburtinis lapidibus effossa
 fuere in parte eminentiori / ut inde facile totam Urbem
 quisq; uidere potest. Petrus uero Marsus dicit eā Tur-
 rim fuisse ubi prius erant pub. Ostinæ non longe à tē-
 plo diuæ Mariæ maioris: uinitores huius memoriæ los-
 cum illum appellāt foculū / quas Mecēnas illic hortos
 suos constituēs salubres reddidit / in quo loco adhuc ap-
 parent uestigia Viuarii eū porta reclusa: nōnulli uolunt
 apud ecclesiā Petri ad uincula fuisse / super quā turrim cru-
 delis Nero spectabat Romæ incendiū. Suetonius ait:
 hoc incendiū ē turre mecēnatica prospectās, & est quod
 ab ea parte circi ortum esse dicitur: quæ palatino Celioq;
 mōtibus contigua erat: fuitq; tale incendiū. xiiii kal. Sex-
 tilis: quo die senones galli Urbem prædictā incenderūt.
 Quem Mecēnatē increpabat. Oratius / quod edificā-
 do insaniret. Erant & aliæ turres multæ in Vrbe: uesti-
 gia quarum haud facile discernuntur.

¶ De porticibus & labris porphireticis:

c Aesar Augustus in monte Palatino fecerat por-
 ticum uariis exornatā marmoribus atq; pictu-
 ris / quo loco iam senior sæpe etiam senatum habuit, de-
 curiasq; iudicum recognouit. Erat porticus. Gn. Ostra-
 uii in campo martio, non longe à Circo flāminio: quā
 duplicem fecerat / quæ quidē Corinthia appellabatur / eū
 æreis capitulis columnarū, mirabile uisu / mille pedū spa-
 cio: & ex opposito: alia erat similiter mille pedū æquali

*Porticus Corinthia
uel Augusti.*

DE PORTICIBVS ET

ter/ut scribit Iulius Capitolinus in rebus gestis Gordianorum Augustū instituisse porticū in campo Martis sub colle pedum mille: ita ut ab altera parte porticus mille pedum fieret/atq; inter eas spacium hinc atq; inde uiridaria essent, lauro, mirtho & buxo frequentata: medium uero litostratium breuibus columnis intrinsecus positis:& singulis per pedum mille/quod esset de ambulatorium/ita ut in capite esset basilica ped. quingētorum. Cogitauerat præterea cum Misitho: ut post basilicam Thermas estiuas sui nominis faceret: ita ut hyemales & alia q̄ plura sumptuosa ædificia, uestigia adhuc apparent in radicibus collis Pincii. Porticus Neruæ erat apud forū eius cum excelsis columnis, uariis coloribus mixtis: e quibus hoc anno effossas uidi nōnullas fractas: Porticus Liviæ apud templū Pacis uariis picturis & statuis exornata/de qua mentionē facit Ouidius lib. vi. Erat & porticū Antonini & Faustinae pulcherrima nō longe a tēplo in foro uariis exornata marmoribus. Erat & porticus ædis Mercurii/quæ adhuc semidituta apparet apud ecclesiā Michaeli. Arcægeli in piscaria cū hac inscriptione. S. IMP. CAES. L. SEPTIMIVS SEVERVS. PIVS. PERTINAX. Aug. Arabic. Adiabenic. parthic. Max. Pon. Trib. Pot. xi. Cos. iii. Et IMP. CAES. M. Aurelius Ant. Pius. foelix. Pont. Max. Trib. Pot. vi. Cos. procos. PP. incendio consumpta restituerūt. Porticus ædis Cōcordiæ in Capitolio/de qua Poggius. Flor. ait. Capitolio cōtigua forū uerō sus superest porticus ædis concordia: quā cum primū ad Urbē accessi uidi fermē integrā, opere marmoreo ad

Porticus Neruæ.

Porticus Liviæ.

Porticus Antonini & Faustinae.

Porticus ædis Mercurij.

Porticus ædis Concordiæ.

modum specioso/cum inscriptione, quæ adhuc super columnas ingentes legitur. S. P. Q. R. INCENDIO consumptum restituit. Erat et porticus Metelli pulcherrima, cum statua Cornelie Gracchorum matris. Erat & porticus Constantini & Philippi & Iulie atque Octaviae/ut habetur in regionibus. Omitto porticum Pantheon à M. Agrippa constructam cum admirabilibus columnis/ut dixi in templo eius/de qua port. Bap. Leo ait. Extant in hanc usque diem ad porticum Agrippæ cõtignatiões æneis tabulis pedum. xl. opus in quo nescias impensam ne magis/an artificis ingenium miteret. In ecclesia & platea lateranensi sunt nonnulla uasa porphiretica. In platea sanctæ Mariæ Rotundæ est uas porphireticum cum alio paruo miræ pulchritudinis. In ecclesia. s. Petri, & Mariæ maioris, & sanctorum apostolorum, & in plateis ipsarum sunt labra porphiretica maximæ pulchritudinis. In platea. s. Saluatoris de Lauro & s. Petri ad uincula & Eustachii, & in uaticano sunt uasa marmorea & mixta maximæ capacitatis simul cum pulchritudine. Omitto ea quæ sunt in ædibus columnarum fundatis à tua beatitudine. In ædibus Butii est uas porphireticum cum puteo marmoreo, uariis coloribus mixto, cum his litteris incisis. Cur messibus Algei & Brumatepeo. In multis ecclesiis sunt uasa diuersa, & labra è lapide Porphiretico, in quibus sunt reliquie multorum sanctorum & sanctarum dei, ut apparet in ecclesia. xii. Apostolorum, & sancti marcelli. Omitto labrum porphireticum in Vestibulo sancti Petri in quo iacet corpus Ostonis. iii. Imp. & in ecclesia. s. Ma. maioris, in quo fundator ecclie positus est/ut dicam in sepulchris memoratis.

Porticus Metelli.

Porticus Constantini.

Porticus Pantheon.

Vi. de supra fol. 2. d. de cõsignat. in. t. p. p. u. a. s. e.

Vasa porphiretica

Labra porphiretica & marmorea.

Cur messibus Algei & Brumatepeo.

DE TROPHEIS

Omitto præterea uasâ, quæ sunt in loco Beluidere nuncupato/ & aliorum locorū extra urbem ipsam.

De Tropheis & columnis memorādis.

Trophea Cæsarum de Jugurtha, deq; Cymbriis atq; Theutonibus apud ecclesiâ sancti Eusebii semidirutata uisuntur/ & Cymbriâ uocatur/ quæ a C. Cæsare instaurata fuere, cum a Sylla fuissent disiecta, teste Suetonio. Ibidem in marmoribus uetustissimis adhuc apparent Galeæ & Thoraces cū clipeis sculptæ. Erant enim Romæ in pluribus locis Trophea/ quæ sunt spolia hostibus adempta/ quæ quidē erant in potestate Iouis: & figebantur in locis eminentioribus in stipitibus, teste Seruio. In foro Traiani est colūna coclidis marmorea, miræ pulchritudinis pedum. cxxviii. quæ ut melius circūspiceretur, ipse Traianus Imp. partē Quirinalis montis/ ut patet in eius inscriptione/ solo adæquauit: in qua sculptæ sunt Victoriæ & res gestæ ab ipso Traiano: per medium colūnæ sunt gradus in eodē marmore sculp. ab abase usq; ad culmen/ qui gradus sunt numero. clxxxv. foramina sicut spiracula. xlv. inscriptio uero talis est.

S. P. Q. R. Imp. Cæsari diui Nerae. F. Nerae Traiano Aug. Germanic. Dacico. Pont. Max. Trib. pot. xvii. Cos. vi. p. p. ad declarandū quantæ altitudinis mōs & locus sit ægestus. Super colūnā prædictam Traiani offa in urnā auream collocata fuere, anno xpi. cxviii. Senatus postea elapsis annis duobus Traianū in deos refert. Est & alia colūna maior, Coclidis in campo martio/ quæ Antoniana uocatur/ altitudo ped. clxxvi. cū gradibus marmoreis intrinsecus. ccvi. & spiraculis. lvi.

Trophea. c. Marij.

Colūna Traiani.

Colūna Antonina.

ET COLUMNIS MEMORANDIS XLI

In qua uictoriæ & res gestæ Ant. imp. sculptæ uisuntur miro artificio. ¶ Erat & colūna porphiria cochlidis, quā. M. Flauius. Val. Constantinus ex Vrbero. Constantinopolim transferri iussit/ & locari in foro, super quam Collosum æneū admirandæ magnitudinis posuit: necnon & clauū saluatoris mūdi: statua post multos annos regnante Alexio cognomēto Comeno cecidit uiolentiā uentorū/ deiecta, teste pom. lat. ¶ Erat in foro colūna solida marmorea numidii lapidis. xx. pedum, in qua sculptū erat a populo Romano in honorem iulii Cæsaris. ¶ PATRI PATRIÆ. Non longe erat ab Augusta martis campi alia columna, cū eadem inscriptione. ¶ Erat & columna menia in foro prædicto, quæ menio cōcessa est/ unde ludos spectaret. ¶ Erat præterea in foro colūna milliaria: Milliartū proprie signum erat/ unde principium itineris ad oēs portas Urbis capiebatur. ¶ In circo maximo erat colūna bellica: ad quam Romani ad bella profecturi hastam proiiciebat, eā partē uersus, in quā ituri erāt. Ouidius, Prospicit a tergo summum breuis area circum /

*Colūna porphiretica
Constantinopolim delata*

Clauus saluatoris.

Colūna Iulij cæsaris.

Colūna Menia.

Colūna Milliaria.

Colūna bellica.

Est ibi non parua/parua columna notæ.
Hinc sole hæsta manu belli prenuntia mitti

In regem, & gentes: cum placet arma capi:

¶ In foro Holitorio erat colūna lactaria (quis Tortēlius dicat in foro boarō) ad quam infantes lacte alendos deferbant. ¶ Erāt in Vrbe aliæ multæ columnæ ingentes & memorandæ: ut extat adhuc in Termis, & monte citatorio, & tēplo pacis, & porticu mariæ Rotundæ. Omitto eas quæ sunt in lateranensi basilica &

Colūna lactaria.

L

sanctorū Petri & Pauli, & aliarū ecclesiarum Urbis cū aliis colūnis paruis miræ pulchritudinis/ut apparet in ecclesia Mariæ nouæ, & Hadriani, Gregorij, & sanctæ Sabinæ, & Eusebii, & Cosmæ & Daniani & Ioānis & Pauli, & Agnetis extra urbē. ¶ Omito præterea duas ingentes columnas Ecclesiæ sancti Petri: quas Paulus ii. Venetus aiebat plus ualere q̄ tota Venetiarū ciuitas. ¶ Sunt præterea in Ecclesia. s. Mariæ de Aracoeli nonnullæ columnæ miræ pulchritudinis. In tertia uero colūna dictæ ecclesiæ apparent litteræ obitales incisæ. s. **A. CVBICVLO AVGVSTOLVM.** ¶ Erant in Vrbe aliæ multæ columnæ maxmæ existimatiōis & pulchritudinis: quæ hodie semiuæ dirutæq; plurimis in locis uisuntur maculis diuersorū colorum exornatæ. **De Arcubus Triumphalibus.**

i. In Vrbe erant arcus marmorei triūphales appellati numero. xxxvi. qui fiebant inperatoribus seu ciuibus redeuntibus cum uictoria: in quibus erant sculptæ uictoriæ & statuæ ipsorum triumphantiū/ quos arcus. S. P. Q. R. ē marmore cum litteris ad perpetuam rei memoriā & sempiternam famam triūphantii extruxerat. Arcus ueteres latericios Romuli nūq̄ passi sunt/ florescentes postea opibus Romani in marmoreos mutari/ ne conditoris Urbis memoria deperiret/ quos collapsos uidi apud ecclesiam. s. Mariæ Gratiarum. Erat Arcus triūphalis marmoreus Oratii Cœclit'is/ quem a fundamentis. io. Blōdis excedi se uidisse dixit ad radices auentini cum inscriptione dicta. Erat arcus pulcherrimus multis stauis & columnis

Arcus. xxxvi.

Arcus Romuli.

Arcus Horatii Cœclit'is.

marmoreis exornatus ad honorem Iulii cæsaris nō longe a templo pacis. Erat præterea triūphalis arcus Diui augusti non longe ab arcu Domitiani in quo erant scultæ victoriæ & res geste per eum. Tres. n. habuit/ teste Seruio/triūphos. Diuus autem Hieronymus Doctor Ecclesiæ scribit. augustum celebrata de. M. antonio Victoria Romā repedasse ducentem secum infinitum captiuorum numerū/ & antiquorum Pholomeorum omnium gazas/ ut nec ante/ nec postea tanta copia auri/ argenti/ gemarumq; Romam aduecta fuisse noscatur. Arcus Domitiani est apud ecclesiam. S. Laurentii in Lucina/ qui marmoreis lapidibus erat in cruce status cum. iiii. pulcherrimis colūnis in prima facie uariis coloribus naturalibus mixtis: ut uestigia adhuc indicant, cum statua Domitiani, ut inquit Suetonius. Statura procerū. Non longe a quo erat arcus. C. Marii quis nonnulli uelint supradictum arcum Domitiani fuisse postea dissectū cum tropheis a Sylla siue Sulla/ ut placet. Pomp. læ. tempore cuius inter augustam & ecclesiam. s. Thomæ in uinea fratrum. s. Mariæ de populo positam effossa fuere multa marmora cum statuis & columnis dirutis cum lapide marmoreo & semidirutis inscriptione uidelicet.

Arcus cæsaris.

Arcus Augusti.

Gaza Ptolemeoru Rom
aduecta per Aug.¹⁴³

Arcus domitiani.

Arcus Marii.

Vgur TR. Mil. Extra

Iugurtha Rege numid.

Triumphans in

Ante currum suum

Sul. ap. sens. creatus.

Norum exercitum

DE ARCVBVS.

Imbros fugauit ex icis. &
hauit: rem pub. turbatam.

In fine lapidis est fractura cum apicibus litterarum: quem lapidem uidi in Quirinali in ædibus Pompo. læti a lapicida quodam flor. emptum auctore Andrea Fulvio prænestino uiro doctiss. Pomponiæq; amiciss. auditori: fragmenta cuius repperi in alio loco: ex quo facile coniecturam facio illius dictionis Sul. non pro syllā / ut pomponio placet: cui fragmenta erant inco- gnita / sed pro Con, dictione, saluo semper iudicio alio- rum: nullum unq; reprehendi authorem, nec Pomp: ipsum / cui gratias infinitas ago, reprehendo: qui dixit Sullam non syllam scribere debemus / in qua opinio- ne semper ante fragmenti reperti noticiam fui: Litteræ fragmentorum hæ sunt.

C. Marii.

Cos. VII.

Q. A.

Cos gestis cum cepit:
duci iussit.

III. Consul. Theuto

Theutonis iterū triūp. Seditionibus ex. P. L. & p̄tor
V. Q. armati. Capitolium occupauerunt. VI. Cōsul.
uindicauit post. lxx. annū, patria per arma ciuilia pul-
sus armis restitutus. VII. Consul factus est, de manu-
būs cimbricis & Theutonis. Erant & alia fragmenta,
e quibus nil certi cōprehendere potui / quas quidē litte-
ras per ordinē in epyth. opusculo cōnectā. Quintilia-
nus lib. primo scribit Sullam mathematicū doctorem

C. Marius.

PR. PL.

Urbem cum

in secūdo consulatu

III. Con.

deleuit. V. Consul C

TRIVMPHALIBVS: XLIII

subtilem origines mille nominū scrutaturū unde sullæ dicti sint. Hæc de sylla & sulla dixisse uolui: redeamus ad inceptum. In prædictis arcubus erant sculpta ornamenta triūphalia. i. coronæ aureæ. Sella cūrulis, & patera aurea cum toga picta, & palmata tunica: de quibus apud Liuium. Est arcus marmoreus Titi & Vespasiani apud ecclesiā s. Mariæ nouæ / in quo sculptæ sunt uictoriæ cum arca fœderis, & candelabro & arca fœderis spolia ciuitatis Hierosolymitanæ: ab altera parte uisuntur insignia Romanorum cum fasces. xii. & securibus consulum / in quo arcu est hæc inscriptio.

SENATVS POPVLVS .Q. ROMANVS:
Diuo Tito Diui Vespasiani .F. Vespasiano Augusto:
Quæ: omnia fuerunt tempore Cleti primi .PP. Consulibus Domitiano & Ruffo, nam capta Hierusalem euersisq; hierosolymis ad sexaginta millia hominum interfecta referuntur / licet Iosephus iudeus historicus undecies centena millia ferro ac fame eo bello perisse scribat: captaq; ad centum mil. ac pub. uenundata / ut autem rãta multitudo hierosolymis reperiretur, causam azimorum fuisse refert. ex omni enim gente iudea ad templum confluentes Vrbes quasi carcere sunt inclusi: oportuit enim diebus paschæ illos pati / in quibus saluatorem mūdi cruci afixerunt. Arcus Galieni Imp. est apud mæscellum Lydiæ / uulgo arcus. s. Viti ob propinquitatem ecclesiæ, sanctorum Viti & Modesti: est enim constructus e lapide Tyburtino cum hac inscriptione. **GALIENO Clementissimo Principi. Cuius sũicta uirtus sola pietate supata est.**

Omnia triūphalia.

Arcus Titi et vespasiani.

Arca fœderis. et candelabrum.

Iudeorum strages.

Arcus Galieni.

IUX DE ARCIBVS. VIJIT

Arcus Seueri.

Marcus Aurelius Victor dedicatissimi Numini maiestaticq; eius. Est & arcus marmoreus Triūphalis pulcherrimus Seueri Imperato. sub capitolio: in quo sunt Victoria sculpta ipsius Seueri cum arietibus & bellorum machinis illius ætatis cum hac inscriptione.

IMP. CAES. LVCIO SEPTIMIO. M. FIL. SEVERO. PIO. PERTINACI. AVG. PATRI Patriæ. Parthico. Arabico & parthico. Adiabenco. Pōtific. maximo. Tribunic. potest. xi. Imp. xi. Cos. iiii. Procos. Et. Imp. Cæs. M. Aurelio. L. Fil. L. Antonino augu. pio. Felici. Tribunic. potes. vi. Cos. Procos. P. P. optimis fortissimisq; principibus. Ob rem publicam restitutā imperiumq; populi romani propagatum insignibus uirtutibus eorum domi forisq;. S. P. Q. R.

Arcus Constantini.

Apud Collosseum est arcus marmoreus triumphalis Fl. Cōstantini. imp. cum statuis & Tropheis miro artificio sculptis & fæculis quibus nunc utūtur in triumpho saluatoris in uigilia assumptionis Diuæ Virginis cum hac inscriptione. Imp. Cæs. Constantini. maximi. P. F. augusto. S. P. Q. R. quod in instinctu diuinitatis, mentis magnitudine cum exercitu suo tam de Tyranno / q̄ de omni eius factione uno tempore iustis temp. pub. ultus est armis / Arcum triumphi insignē dicauit. Sunt & nonnullæ breues inscriptiones in circulis sculptis cum his litteris. VOTIS. XX: SIC. X.

Arcus Gordiani.

In introitu ipsius arcus est hæc inscriptio. FVNDA TORI. quietis. Ab alia parte est altera cū his litteris. LIBERATOR Iurbis. Est arcus marmoreus Gordiani imper. apud portam inter aggeres non longe a

DE COLLOSSIS. XLIII.

Viminale porta uestigia cuius dispoliata uisunt: cuius marmora Reuerēdissimus Raph. s. Geor. detulit ad suas ædes conficiendas. Est præterea arcus Camilli in platea uulgo camilliana dicta, nō longe à minerua stauis dispoliatus atq; marmoribus/nō longe à quo erat & alter arcus ex tyburtino lapide constructo. Dicunt præterea Romæ in arcu marmoreo iussu sybillæ infra scriptas litteras fuisse. P. P. P. s. s. s. E. V. u. u. u. u. u. u. F. F. F. F. Quas beda declarauit. Pater: Patriæ: p̄fessus est; secū salus sublata est; uenit uictor ualidus. uicit uires: urbis: uiræ ferro, fame, flāma frigore. Erāt & alii arcus triūphales in uia lata & flāminea, uestigia quorū haud facile cognoscuntur. Erant præterea arcus triūphales Theodosii & Gratiani & Valētini & pauli amilii & Fabiani, & aliorū fundamenta quorū nostro tempore/partim in nouis fabricis/partim uero lachrymabile dictu in coquenda calce translata sunt. Vidi præterea infracto lapide cuiusdā lapicidæ has litteras incisas. Misit heo Parenti, principum. P. R. Tutori Reipub. S. P. Q. R.

De Collossis.

i N Capitolio erat Collossus Apollinis. xxx. cubitorum. xli. Talentis factum / quem Lucullus ex Apollonia ponti in urbem transtulit. Talis in campo martio Iuppiter a claudio Cæs. dicatus / qui & Pōpeianus uocabatur à uicinitate theatri. Visus est & romæ Apollinis collossus in biblioteca tēpli Augusti quinſ quaginta pedum, pollice nō minus pulchritudine, q̄ ære spectabilis. Est præterea prope porticum mineruæ in horto cuiusdam ciuis Ro. statua fracta / caput / cu

Arcus Camilli.

Trē sibyllæ in arcu.

*Colossus apollinis.
simā aureos & efficiant.
Colossus Iouis.*

alter colossus Apoll.

Colossus radius habens.

Colossus Domitiani.

Colossus Comodi.

Sp. Coruilius.

Statua Iouis.

Statua Mercurij
in quernis.

Colossus Neronis.

Statue Saturni et
Bacchi.

ius adhuc integrum apparet, tantæq; magnitudinis, ut
omnia signa Urbis excedat: Patronus horti strepitum
adeuntium pertesus, super imposuit humum: Poggius
auctor. Erat & colossus magnus in regione iiii. habes
radios octo/singulos ped. xxii. & semis. Erat in foro
colossus Domitiani æneus. Erat & colossus comodi
di Anto. aug. altitudo cuius erat cubitū tricenum: ut
adhuc marmoreū caput cum pedibus in Conservato-
rum ædibus apparet: SP. Coruilius victis famulibus
fecit iouis statuam in capitolio collocare/amplitudinē
cuius cernebatur ab ioue Lariario cum statua sua ante
pedes prædicti iouis posita. Zenodorus statuarius fe-
cit statuā Mercurij aluernis in ciuitate Gallia per an-
nos x. ped. cccc. Romam. deinde accitus est a Nerone
ubi destinatū illius principis collossum fecit. ex. pedum
quis Tranquillus. cxx. dicant/quem posuit in uestibu-
lo domus aureæ. In uia Cornelij apud equos Tyridas
tis regis armeniorum uisuntur duæ ingentes statuæ sa-
turni. s. & Bacchi; quis Neptunni nonnulli ueliniacens
tes corpore/capitaq; sustentantes/ac manu dextra co-
piæ cornum tenentes/ut inquit Apollodorus. Erāt in
urbe multæ aliæ statuæ ingentes/sut adhuc in campo
martio apud ecclesiā sanctæ Mariæ & in ædibus reuer-
tēdissimi Car. L. Georgii: nonnullæ integræ uisuntur:

De Statuis & picturis.

i Nurbetot erant statuæ in pub. locis & priuatis
quot ciues, Nec tamē potuit inhiberi quo minus
Romæ ponerentur statuæ mulierum: sicuti Cornelie
Grachorū matris: sedens enī huic posita statua insignis

in metelli publica porticu/ & in summa sacra uia, teste
 Liuius fuit posita Coelis uirginis statua insidens equo.
 Strabo dicit/posteri uero & hi præsertim qui nostris
 fuere temporibus innumerabilibus & p̄clarissimū urbē
 Ro.impleuerunt insignibus. ¶ Polycletus sycionius
 Agelidis Discipulus Diadumenum fecit molliter in ui-
 cem centum talentis nobilitatum. Item & Dorifilum
 uiriliter puerum: fecit & quem canona artifices uocant
 liniamenta artis ex eo petētes, uelut a lege quadam fe-
 cit & distringentem sequē. M. Agrippa ante thermas
 suas dicauit/multaq; alia in atrio Titi imp. quo opere
 nullū absolutius pleriq; iudicarunt/fecit & duos pue-
 ros nudos ludentes, & Mercurium atq; Hercule an-
 theum a terra sustinentem/quē puto fuisse truncum
 fracti marmoris illius statuae marmoreæ in Vaticanū
 a tua sanctitate trāslatæ: fecit & alium Herculem/ qui
 erat in æde pompeii apud circum maximum. Visūtus
 & nostro tempore celebres equi marmorei cum auris
 uetustate consumpti a Fidia & praxitelle sculptori-
 bus præclarissimis: ut apparet in litteris ibidē incisis.
 OPVS FIDIAE. OPVS PRAXITELIS.

¶ In Vrbe. xxii. principales equos marmoreos fuisse
 fertur/ equibus caput cū collo unius uidi fractū apud
 ecclesiā. s. Thomæ nō longe a platea iudeorū: Fecit &
 Proserpine raptū Praxitelles, & ære & Bacchū & saty-
 rum miro artificio/ & alia q̄ plura signa posita in por-
 ticu Octauiae/ primus Romæ fecit speculum argen-
 teum miræ pulchritudinis. In æde iunonis erat imago
 ipsius iunonis a Dionysio & policleto facta, & panā &

Polycletus sycionius

Equi marmorei. xxij

Nōnulla Praxitelis opa

Dionysius et Policletus

Heliodorus.

Apollinis statua
in vaticano.

Veneris statua cū cupidine.

Laocoon.

Plinius.

Agelander. Polidorus &
Athenodorus.

Statua Comodi.

Craterus et Lichodorus.

Hercules aeneus.

Lupa aenea.

olympum luctantes: eodemq; loco. Heliodorus Venerem fecerat lauātem se; & Dedalum astantem miro artificio. Quid dicam de pulcherrima statua Apollinis/ quae uiua (ut sic dicā) apparet: quā tua beatitudo in Vaticanum transtulit: apud quam est Veneris statua cum alato cupidine paruulo in eodē marmore sculpto cū his litteris. VENERI FELICI. SACRVM. SALLVSTIA HELPIDVS. DD. Nō tacebo Laocoonis statuam pulcherrimam / quam propriis oculis aspexi, inuētam anno. iiii. tuae sanctitatis in loco Beluidere collocatam: de qua plinius lib. xxxvi. cap. v. circa finē dicit. Sicut in laocoonē / qui est in Titi imp. Domo / opus omnibus & picturae & statuariae artis proponendum / ex uno lapide / eum & liberos: draconū ue mirabiles nexus de consilii sententia fecere summi artifices Agelander, & Polidorus / & Athenodorus Rhodius. Nec obmittam aliam statuam Paulo post inuentam apud campum flore / a plebe, Herculis cum puero uocata: quā tua sanctitas in aedibus palatinis collocauit apud ianuā porticus super Viridarium cū Epithaphio. PROCVL ESTE PROPHANI: Quae quidē est statua Comodi imperatoris imitantis Herculem Hylā puerū tenentē cū pelle leonis. Craterus uero cū Pithodoro Domos Palatinas repleuere probatissimis signis. Est praeterea in aedibus Conseruatorum Herculis aenei simulachrū cū aliis nonnullis statuis aeneis & lupa aenea cum romo; & remulo / & alia quae plura roe monumenta / cum duobus pulcherrimis tabulis lucensibus mirae pulchritudinis & artificii ibidem uisuntur.

ET PICTURIS. XLVI.

Obmitto caput æneū colloſſi cum pede & manu ibi-
dem poſitum: & caput æneum turritū in uiridario pa-
latii. ſ. Marci. Omitto præterea marmora & lapides
porphiretic. diuerſorum colorū, ſed taq; in ſtatuis picto-
rum more reducta ut apparet in porticu ſancti Petri, &
ſ. Mariæ tranſtyberianæ, & in eccleſia. ſ. Andree miro
artificio in cruſtata ut dixi in ſtationibus Urbis / & in
eccleſia ſanctæ Lucie in ſilice / in quibus eccleſiis pictu-
ræ animalium auiūq; ac ſi é muſiuo & pictura eſſent
depictæ uiſuntur: ſpolia templorū & thermarum Ro-
Inter Capitolium & palatium erant. xiii. Columnæ
marmoreæ cum ſtatua equeſtri aurea Domitiani ſub
cuius pedibus erat Rhenus fluius germaniæ, de
qua triūphauit. ¶ Erat Traianæ equus æneus in atrio
cuius inſtar alterū ſibi fieri Conſtantinopoli. Con-
ſtantine petebat ab Hormiſda architecto / quē ſecum
duxerat / cui Hormiſda / ſtabulum quoq; tale condas
oportet / ſi uoles equum late ſuccedere. Erat in urbe
equus aureus Conſtantine apud. fo. ro. ut apparet in
regione. viii. M. Aelius aurelius Ant. educatus fuit in
mōte Cælio apud lateraneſe palatiū / in quo loco fecit
ſtatua eius pacificatoris equeſtrem: uulgo equus Con-
ſtantine dicitur in platea ſancti Ioannis lateranenſi. quā
Sextus. iiii. cum ingenti baſe marmorea uariis inſigni-
bus ſculpta inſtaurauit cum hac inſcriptione. Sextus.
iiii. Pont. max. equum hunc æneum uetūſtat e quaſſa-
tum collabentē cum aſſeſſore reſtituit. In urbe fuerunt
equi ænei deaurati numero. xxiiii. Eburnei uero. xciiii.
Tabulæ & ſigna ſine numero: Omitto ſtatuas decorū

Capita ænea dantur
Colloſſæ...

xiii. Columnæ marmoreæ
ſtatua equeſtris aurea
Domitiani.

Equus Traiani.
Conſtantine.
Hormiſda architecto

Equus aureus Conſtantine

Equus. M. Antonini
cui inſcriptæ ſexti. iiii.

Equi ænei deaurati. xxiiii.
Eburnei uero. xciiii.

statuæ eburnæ .lxxx.
statuæ eburnæ .lxxij.

numero .lxxx. Dei uero eburnei. i. statuæ eburnæ nu-
mero .lxxij. marmorei uero sine numero margaritis &
unionibus exornati. Nunq̄ Iulius Cæsar / beatissime
pater Iuli / i illud glorię culmē ascēdisset / nisi mirari &
imitari Mariū ab adolescētia didicisset: quā & Alex.
p̄fuit imago in tēplo Herculis ghadibus conspecta:
qua mox ad cupiditatem magnas res agendi / non ex-
arsit modo / sed ut ait Tranquillus, ingenuit: profecto
si statuæ illustrium possunt (ut inquit Fran. Petrar-
cha) nobiles animos ad imitandi studium accendes-
re. Quod. Q. Fabium. max. & Q. Cornel. Scipio-
nem dicere solitos / Crispus refert. Quanto magis
ipsa uirtus hoc efficit: claro dum proponitur, nō ma-
more, sed exemplo. Quæ quidē omnia sanctitas tua /
ut alter Iulius cæsar uirtutē propria immensoq; labo-
re ad summū imperium deuictis hostibus potentiss-
imis peruenit. sed ut cepta prosequar beatissime pater.
In ædibus columnensiu & ursinorū sabellorūq; sunt
multæ statuæ. Omitto multas in ædibus cæsarinis &
mediceis. Diae. Car. & in palatio Pauli Veneti / in quo
multa signa marmorea posuit Reuerendissimus. Do.
de Grimaniis uir doctissimus. ¶ In domo saxea apud
parionē sunt statuæ pulcherrimæ marmoreæ & poro-
phiretico lapide sculptæ / cū capite & titulo magni Pō-
pei. Sūt p̄terea i ædibus Laurētii maniliis / sanctæ Cru-
cis, & de branca, & ciampolinis nō longe a platea ius-
deorū statuæ insignes. Sunt deniq; in ædibus de ma-
ximis / & de ualle / atq; porchariis / mellinis / & mapheis /
atq; buriis nō lōge a Minerua statuæ cū epithaphiis

Magni Pompei caput.

ET PICTVRIS. XLVII.

ro. Obmitto orologiū & mēses duodecim in lapide marmoreo cum signis zodiaci & festis deorum sculptum apud domum Vall. & in domibus Palauiciñ. in cāpo Martio: maximo artificio incisa uisuntur festa & alia notāda. Obmitto nōnullas statuas apud aquam Virgineā in regione Triuii, in ædibus Fricapan. & turris Rosciæ & iulii de thomais apud ecclesiā sancti Eustachij & de Capharellis, & aliorū. Ro. Vidi præterea in ciuitate Viterb. statuas uerustiss. repertas i colle cybellario. Cybelis / Iascii / Armonia / Vestalis / & Electre: de quibus a Io. Viterb. satis dictū est / ut in codice Hieronymi carbon. de Viter. uidi cū postillis manu propria. Io. annii Viterbien. de quibus nonnulla dicam in epitha. opusculo. De picturis pauca scribam / nonnullæ adhuc apparent picturæ in thermis & hortis salustianis & Mecen. & in mōte Quirinali pluribus in locis multa uisunt uestigia historiarū depicta i ipsis ruinis. Obmitto loca diruta apud ecclesiam Petri ad uincula uariis picturis exornata. Fabius maximus e clarissima gente Fabiorū adē salutis pinxit anno Urbis conditæ ccecl. teste Plinio. Pacuuius uero poeta adē Herculis in fo. bo. miro. artificio depixit. In mōte palatino in uinea phedræ uolaterr. uiri doctiss. oratoris & artis peritiss. nōnullos uidi parietes antiquos depictos uariisq; coloribus exornatos. Extra Urbem uero uia salaria prope portā est sepulchrum quoddam in uinea ad similitudinem templi constructum / in quo cæteris & Bacchi picturæ cum uitibus & uasibus hydriæ depictæ uisuntur miro artificio / quæ omnia Petrus Paulus

Lapis cū horologio. x
mensib) et sigs Zodiaci

collis cybellarius

Fabius Pictor.

Pacuuius.

DE COEMITERIIS.

*hacchi templum apud
sanctam agnetem.*

de Symeonibus. ro. mihi ostendit apud uineam suam non longe a porta Salaria. ¶ Omitto Templum Baechi apud ecclesiam sancte Agnetis depictum opere suo suo cum uiribus & piscibus.

De Coemiteriis sacris.

Coemiteria, loca erant sacra in quibus corpora s. martyrum sepeliebantur / & scribitur per oe. Coemiteria fuerunt multa diuersis in locis Urbis & extra. Coemiterium ad elium cucumeris in laterano. Coemiterium Vrli pileati / in quo loco erat imago Vrli habentis pileum in capite apud ecclesiam sancte Bibianae & sex millia martyrum: antiquitus ad uerbum pilearum, uel palearum dicebatur. Coemiterium Priscillae, Via salaria apud ecclesiam sancti Siluestri. Coemiterium inter duas lauros uia labicana. Coemiterium Trasonis Via salaria apud Ecclesiam sancti Saturnini / in qua erat coemiterium Amproniani & Babillae. Coemiterium Praetextati Via appia apud ecclesiam sancti ianuarii. Coemiterium Domitillae uia Ardeatina apud ecclesiam s. Petronillae. Erat & coemiterium Damasi & basilicam Balbinae in dicta uia. Coemiterium Calepodii uia Aurelia apud ecclesiam sancti Calixti. Coemiterium calixti in urbe apud ecclesiam sancti Sixti / erat & aliud coemiterium calixti ad cathecumbas extra urbem ubi nunc est ecclesia sanctorum Fabiani & Sebastiani mar. Coemiterium comodillae uia hostiensis. Coemiterium ad insalatas uia Portuensis apud ecclesiam sancti Felicis. Erat coemiterium Pontiani / & Amproniani.

*ad elium cucumeris.
Ad uersum pilearum qui
adhuc conspicitur in saxo
erecto: -*

Priscillae.

*Inter duas lauros.
Trasonis.*

*Amproniani &
Babilae.*

Praetextati.

Domitillae.

*Damasi / Basilicam &
Balbinae.*

Calepodii.

Calixti duplex.

Cathecumbae.

Comodillae.

ad insalatas.

*Pontiani et
Amproniani.*

DE SEPVLCHRO. XLVIII.

De sepulchro augustorum, & mole hadriana.

i. Nualle maria Octavius augustus Mausoleum extruxit / ut adhuc apud ecclesiam sancti Roeschi uestigia ipsius antiquæ celsitudinis demonstrant: in quo sepulchro erant statuæ aeneæ atq; marmoreæ cum inscriptione pacis & uictoriæ. & P. P. ad honorem ipsius Augusti: quod quidem mausoleum nō sibi solum sed posteris cōmune posuit: de quo suetonius. Reliquias mausoleo condiderunt: id opus inter Flāminiam uia ripamq; Tyberis sexto consulatu suo extruxerat: Cassiodorus uero ait: sed mūdi dominus ad potentiam suam opus extollens mirandam Romanis etiam erigens fabricam in Vallem martiā tetendit Augustus: immēsa molles firmiter præcincta montibus continetur: ubi magnarum rerum inditia clauderētur: bisseña quippe hostia ad. xii. signa posuerunt: strabo autē dicit. Cōmemoratione dignissimum est: quod Mausoleum appellat: in excelsis fondatū molibus. lapide niueo & perpetuæ uiriditatis arboribus coopertum: in summū usq; uerticem ad fluminis ripam exagheratum: in summo autē positum est Cæsaris Aug. simulachrum ex ære fabricatū: sub agere ipso sunt eius oculi & cognatorū & necessariorū: a tergo uero lucus est mirifica continens ambuacra: in medio autē cāpi spacio busti extat ambitus / & hic ipso niueo perfectus lapide ferreos in circuitu cancellos habens / & plātas interitus per se ferens populos. Erant ibi pater beatissime circūiectæ filuæ atq; ambulationes in usum populi Romani. Stabant præterea apud dictum locum Obelisci duo

Augusti sepulchrum
cum inscriptione
Pacis et uictoriæ
P. P.

to
vi. consulatu extruxerat
Cassiodorus.

Strabo de Aug. septem

Obelisci duo.

& colūnæ ingentē: pulcherrimæ, cum parietibus mar-
 moris porphireticisq; lapidibus incrustatis. Arthemio-
 lia regina fecerat mausoleū monumentum mausoleo
 Regi Carix marito: quem amasse fertur supra omnis
 amox fabulas teste Gellio/sepulchrū memoratissimū
 dignūq; numerari inter septē omniū terrarū spectacul-
 la. Erat mausolus nomē regis, & Tragediæ. Higinus
 author. Hadrianus. Imp. Augustū prædictū emulatū
 non lōge ab ipsa mole augusta in Vaticano aliā pul-
 cherrimā de suo nomine excitauit: in qua erat duplex
 ordo colūnarū superpositus/ut in nūm̄s: Hadriani ap-
 parer/ quas colūnas postea Cōstantinus imperator ad
 ecclesias apostolorū Petri & Pauli trāsferri iussit. Apud
 quā molē erat pōs præstātissimi operis: fuerat enim
 illic tectū columnis exitatū quadraginta duobus mar-
 moreis/opere trabibus s̄fabricato tectura ænea ornatu
 mirifico/ut ipsa uestigia demōstrat. In dicta mole sunt
 nōnullæ inscriptiones imperatorum. s. IMP. CAES.
 DIVI TRAIANI. PART. F. Diui Neruæ. Nepo-
 ti. Traiano Hadriano Aug. Pont. Max. Trib. pot. xxiii.
 imp. Cæs. Cutaleus Hadrianus. Ant. Aug. pius. Pont.
 max. Trib. potes ii. Cos. Des. iiii. PP. parentibus suis.
 Alia inscriptio ibidem. IMP. CAESARI. L. Aure-
 lio Vero. Aug. Armeniæ ac Med. Parthiæ. Pōtific. Trib-
 unic. Pot. ix. imp. v. Cos. iiii. P. P. Est & alia inscriptio
 ibi ppe. IMPERATORI Cæsari Diui Marci An-
 tonini. Pii. Germanici. Sarmatici filio. Diui pii nepoti/
 Hadriani p nepoti. Diui Traiani Partic. Abnepoti. Di-
 ui Neruæ Abnepoti. Lutio Aelio Aurelio Commodo.

Mausoleum.

Hadriani Moles.

Pons Hadriani.

Augusto. Sarmatico. Germanico. Maximo. Britannico.
 Pontifici Maximo. Tribunitia Potestat. xviii. imperat.
 viii. Consul. VII. Patri Pater Pat. Sunt & alię inscriptione-
 nes, ut dicam in epithap. opu. ¶ In qua mole uisuntur
 Bouum capita & alia q̄ plura mirabili artificio sculpta: de
 instauratione eius nonnulla dicam inferius de noua Ve-
 be. Apud ecclesiam s. Marię populi est moles quadra-
 ta dispoliataq; marmoribus non löge ab Augusta iul-
 go sepulchrum matris Neronis: quæ moles fuit sepule-
 chrum Marcelli. F. Augusti. Non longe ab ipsa mole
 erat sepulchrum Neronis E bore exornatum. Quod
 Aegloge & alexandria nutrices & Attria concubina gen-
 tili Domitiorum monumento condiderunt / quod pro-
 spicitur / ut inquit Suetonius / e campo martio impositū
 colle Hortulorum / in quo solium porphirenici marmo-
 ris superstanti lunensi ara circumscriptum erat lapide Tra-
 xio: eadem confirmat Spartianus uestigia cuius extant
 in uinea contigua ecclesię sanctę Marię populi in quo
 loco bis fui cum Iacobo de ceccharinis Vghubin. poss-
 sessor uineę. Non longe ab ecclesiã sanctorum. xii. apo-
 stolorum in lapide marmoreo putei apud ecclesiam. s.
 Andreę uisuntur incisę litterę infra scriptę.

O S S A .

TI. CAESARIS. Diui Aug. F. Augu. Pont. Maxi-
 mi. Trib. Pot. xxxix. imp. viii. Cos. v.

Ante ædes Conservatorem in lapide marmoreo.

O S S A .

NERONIS Cæs. Germanici. Cæsaris. F. Diui Augu.
 Pron. Flamin. Augustalis Q uestoris.

N

Sepulchrū Marcelli.
 Aug. de quo virg. Tu
 Marcellus eris. 7. 5
 Sepulchrū Neronis
 colle hortulorū.

DE SEPTIZONO.

In alio lapide ibidem propinquo marmoreo.

OSSA.

AGRIPPINAE. M. Agrippæ Diui augusti Neptis uxoris Germanici cæsaris matris. C. cæsaris augu. Germanici principis. Omitto multa sepulchra cum epithaphis quæ sunt in Vaticano, & uia flaminia, salatiacq, & appia sicut dicam in opusculo epithaph. nonnulli faciebant sepulchra in modum sacellij alij extruebant pyramides & molles nonnulli uero columnas memorandas de quibus mentionem facit. Bap. leo. lib. viii.

De Septizonio & nonnullis epithaphis.

s Septizonium est inter palatium & ecclesiã sancti Gregorii/ut adhuc tris ordines columnarum superpositi cernuntur non longe a Circo maximo: apud quæ locum sepulchrum seueri aphri imp. fuisse dicunt de quo Iulius capitolinus in uita ant. ære. F. seueri scribit: illatus est maioris sepulchro/hoc est seueri/quod est in appia uia cūtibus ad partem dexteram septizonii: quod ille sibi uiuens ornauerat. Spartianus uero dicit: Cum septizonium faceret/nihil aliud facere cogitauit/quam ut ex aphrica uenientes suum opus cernerent, & medium simulachrum eius locatum additum palatinis ædibus. is regium arcum ab ea parte facere uoluisse perhibet: & ab auruspiciibus prohibitus/apud quod erat templum ai loquentis in uia noua, teste Cicerone/in quo loco fasciæ petri ceciderunt. Septizonium templum conditum a seuerio imperatore: qui cum uidisset in Vrbe omnium deorum esse templa/hoc uoluit ad honorem septem planetarum: qui per hebdomada dies exprimuntur condere / appellauit illud septis-

P. sepulchrum seueri.

occiderunt fasciæ Petri.

zonatum a septem zonis. Nonnulli septodiu uocāt a septem uis/legimus Eliogabalum latiores & digniores uias strauisse saxo macedonico & porphiretico/ teste bap. leo. ¶ Fuitq; hoc unū inter seueri opera pub. numero meratū. Seuerus enī imp. & dificiis pub. urbem ipsam multis in locis exornauit /ut legitur apud spartianū /in quo loco adhuc uisuntur nōnullæ cubitales litteræ dirutæ. Aug. trib. Pot. vi. Cos. fortissimus nobilissimusq;. Apud domū coruinā in loco qui corrupte dicitur macellū coruorū, sunt infrascripte litteræ in lapidibus Tyburtinis incisæ. C. POLITIO. L. F. BIBVIO AED. PL. Hon. Virtutisq; Caussa. Senatus econsulto Populiq; iussu locus monumento. Quo ipse posteriq; eius inferrentur publicæ datus est. Ab alia parte sunt litteræ prædictæ iterū incisæ. In lapide fracto apud colūnā Cos. cl. ant. uidi has litteras. NON Enim Quicquam est quod imperatorē ro. melius cōmendet gentibus, quā clementia. Hæc cæsarē deum fecit: hæc augustum consecrauit. hæc ant. Pii nomine ornauit. ¶ De aliis epythaphiis antiquorū. Ro. nullā nunc facio mentionē: uidi nanq; libellū Io. Vectorsii clerici Vulterani/ in quo nonnulla collegij ut dicam in opusculo Epytaphiorum.

De obeliscis & merhis.

e St autē Obeliscus lapis asperimus maculisq; circum ornatus, in figuram methæ cuiusdā sensim ad proceritatem cōsurgens excelsam: utq; radium imitetur, glaciens paulatim specie quadrata in uerticem productus angustū, manu leuigatus artificis, in nōnullis uero innumeræ formatū notæ apparēt undiq; incisæ.

Septodiu.

Domus Coruinæ.

Clementia Impat.

¶ Erat Obeliscus maior omnibus/ quem diuus augu-
 stus miraculi gratia aduexerat/ puteolisq; naualibus po-
 petuum dicauerat. Diuus uero claudius per aliquot an-
 nos asseruatum eum/ quem p̄dictus. C. importauerat:
 omnibusq; nunq̄ in mari uisā sunt perductum Hostiā
 portus faciendi gratia mergis/ quo experimento palām
 fuit/ non minus aquarum huic annielleq; Nilo. Tamē
 isdem Tyberest/ sed tot aquæ ductus ubi nam sunt/
 ad quem superabundantes aque confluebant? Erant
 præterea in urbe ipsa Obelisehi minores uariis figuris
 & carath. exornati numero. xlii. ut in multis locis non
 nulli adhuc apparent. Non longe a mole Hadriana
 erat Metha/ quam Alex. sextus Pont. destruxit/ ut uiam
 aperiret/ uestigia cuius adhuc extant apud ecclesiā. S. ma-
 riæ transpontinæ/ quā (ut plutarcus ait) Scipionis fuisse
 sepulchrum in pyramide sub Vaticano/ quāuis non
 nulli sepulchrum æpulonum fuisse comprobēt ab uul-
 go Romuli Metha dicitur: alia uero apud auentinum
 Remi appellatur. Est & metha seu Pyrrhamis prope
 portā. S. Pauli moenibus Urbis inserta/ nobile sepulchrū
 C. Cestii vii. uiri æpulonū. Quod opus absolutum ex
 testamento C. corn. diebus cccxxx. in qua sunt sculptæ
 infra scriptæ litteræ ab una parte. C. CESTIVS. L. F.
 POPVLO. PR. TR. PL. VII. VIR. EPVLONŪ.
 Sūt & aliæ litteræ minores icisæ cū suprascriptis ab alia
 parte uidelicet. Absolutū Ex Testamēto diebus cccxxx.

ARBITRATV.

Ponti. p. E. Clamelle heredis. Et pothi. L. Tamen tua
 beatitudo ut alter cæsar in āpliādo iperio/ exornandaq;

Obeliscus oibus maior

Non minus aquarū Tyber
 & Nilo.

Obelisehi minores xlii

Metha. quam diuus
 uidi:

Scipionis Sepulchru.

sepulchrū. c. Cestij.

DE CARCERE

urbe gloriari potest. Gloriarī enī solitus erat Dīus Aug. caesar urbē se marmoreā reddere: quā Lateritiā accessisset/ cuius suāsu cū gener agrippa. asīnius pollio. Plautius & Cornelius balbus reliquiq; amici eā uariis operibus exornassēt/ ut nostro tempore syxtus fecit/ & tua beatitudo cū Dominico Ruero & Raphaelle Riario/ Fatioq; Viterb. Cardinalibus additis Francisco sotherino. & io. de medic. flor. & aliis amicis tuę sanctitatis ad ornāmētū & utilitatē Urbis nouę, & sanitatē corporis: nō enī quotidie pestis in Vrbe/ ut prius/ passim audit/ purgatis uis ac dilatatis gratia domini nostri Ihesu Xpi/ qui Iuliū pastoreē ii. conseruet cum omnibus suis./

De carcere pub.

E Arcer a cohercēdo/ quod exire phibetur. Erat carcer a Tullio rege in radicibus capitoliū super forum Ro. uersus septētrionem constructus/ & ab ipso Tullio carcer Tullianus dicitur/ quōis & Mamertinus postea a mamertinis populis appellatus sit/ in quo loco postea fabricata fuit ecclesia/ quę hodię sancti Petri in carcere nominatur/ supra porta cuius sunt litterę cubitales tyrburtino lapide incisę cum hac inscriptione scilicet. C. Vibius. C. F. R. Enius M. Coecius. M. F. Neru Sequētes litterę sunt calce & pictura coopertę/ ex altera parte capitoliū uersus meridiem ubi nunc est ecclesia s. Nic. in carcere fuit postea ædificatus carcer/ & a Claudio. x. uiro: quem appellauit carcerem plebis Romanę/ in quo loco erant Latomię, & lapicidinę, & atriū Titium a Catone censorino extructū/ qui & martium edificauerat/ teste Līuio de bello macēdonico. Latomia lo-

carcer tullianus.
uel Mamertin.
a h
s. Petri in carcere.

ti
s. Nic. in carcere.

Latomia.

cus erat in carcere tulliano teste Varrone / Lúius lib. xxxvi. scribit. Triuiri carceris latoriarum intentiorem custodiam iussi. & Sabinium in Latomias fuisse damnatum scribit Seneca lib. ix. erat & carcer apud ecclesiã sancti Laurentii in fontana / & in aliis locis Urbis.

Sabinus ad Latomias tanatus.

De legibus & tabulis æneis:

IN Vrbe multæ fuerunt leges / ut inquit Põ. læt. in opusculo de magistratibus. Lex aquilia ab ipso aquilio lata de dolo & fraude. Lex Cynthia a Cynthio, nequis pecuniã ob causam orandã acciperet. Cornelia lex a cornelio lata. Fabia lex a Fabio producta. Lex frumentaria a Sempronio Gracco lata. Erat & flauia & Iulia / Manlia / Papia / & Gabinia / & aliæ leges quæ multæ a latoribus nominatæ. In ærario & in templo iouis Capitolini: ut supra diximus: multæ extabãt æreæ tabulæ affixæ: e quibus unam tantum nostro tempore in lateranensi basilica prospexi apud Tabernaculum sacratissimi corporis Christi: latitudo cuius ped. iiii. longitudo uero. vi. in qua continentur infra scripta. Fœdus ue cū quibus uolet facere liceat, ita ut licuit Diuo Aug. Ti. Iulio cæsari Aug. Tyberioq; Claudio Cæsari Aug. Germanico, Vtiq; ei Senatum habere relationẽ facere remittere, senatus consulta per relationẽ discessionẽq; facere liceat, ita ut licuit Diuo Aug. Ti. Iulio cæsari Aug. Ti. Claudio Cæsari Aug. Germanico. ¶ Vtiq; cum ex uoluntate auctoritate ue iussu, mandatu ue eius presentente ue eo Senatus habeatur, omnium rerum ius perinde habeatur seruetur, ac si e lege senatus edictus esset habereturq;. Vtiq; Cos. magistratum potestatem impe-

*Aquilia.
Cynthia.
Cornelia.
Fabia.
Frumentaria.
Flauia. Iulia.
Manlia.
Papia.
Gabinia.
Tabule æreæ.*

ET TABVLIS AENEIS:

rium, curatorem ue cuius rei petentes senatui populoq;
 Ro. cōmendauerit. Quibus ue suffragationē suam de-
 detit promiserit eorū comitis quibusq; / extra ordinem
 ratio habeatur. Vtiq; ei fines Pomerii profectre / promo-
 uere cum ex republica cēsebit esse, liceatq; ita, ut licuit, Ti:
 Claudio cæsari Aug. Germanico. Vtiq; quęcūq; ex usu
 rei publicę maiestate diuinarū humanarum, publicarū,
 priuatarūq; rerum esse ecensebit, ei agere, facere ius po-
 testasq; sit, ita uti diuo Aug. Tiberioq; Julio cæsari Aug.
 Tiberioq; claudio cæsari aug. Germanico fuit. Vtiq;
 quibus legibus plebei ue scitis scriptū fuit, ne Diuus au-
 gu. Tiberius ue Iulius cæsar aug. tiberiusq; claudius cæ-
 sar aug. Germanicus tenerētur, iis legibus plebisq; scitis
 Imp. Cæsar Vespasianus solui iussit q̄q; ex quaq; lege
 rogatione diuū aug. Tiberium ue Iulium cæsarem aug.
 tiberium ue claudium cæsarem aug. germanicum face-
 re oportuit, ea omnia imp. cæsari Vespasiano aug. facere
 liceat. Vtiq; quę ante hanc legē rogatam acta / gesta, de-
 creta ab iperata ab imperatore cæsare Vespasiano Aug.
 iussu mandatuq; ue eius a quoq; sunt, ea perinde iusta
 rataq; sint, ac si populi plebis ue iussu acta essēt. Quę
 quidem omnia beatissime pater in rigis lineatis seu pro-
 sarum uersibus xxxii. incisa continentur. Sunt & alia
 uerba in eadem tabula sculpta in lineis quinq; uidelicet:

SANCTIO.

Siquis huiuscę legis ergo aduersus leges, rogationes, ple-
 bis ue scita / senatus ue consulta fecit, fecerit, siue quod eū
 ex lege, rogatione, plebis ue scito, S. ue. C. facere portebit,
 nō fecerit / huius legis ergo id ei ne fraudi esto, neque quid

ob eam rē populo dare debet/neue cui de ea re, actio-
ne ue iudicatio esto/neue quis de ea re apud. ci sintio.
Omittitur particula ex anguli fractura.

Io. an. Viterbiensis in. iiii. eius institutione de excisis meo-
moriis mentionē facit de sex tabulis dicens. Sex tabulæ
memoratu dignæ excisæ marmoribus extant de antiq-
uitate, & rebus Ethruriæ. Duæ sunt. I. ybiscillæ. Duæ
cybelariæ. Vna tuscaniēsis & altera libana & q̄ sequūt.

De laudibus nonnullorum. Ro.

a Nimi præstantissimū arbitror inquit plinius. Cæ-
sarē dictatōrē. Nec uirtutē cōstantiāq̄ nunc cō-
memoro: nec sublimitatē omniū capacē/ quæ cælo cō-
tinentur: sed proprium uigorem celeritatemq̄ quodam
igne uolucrum/ scribere, & legere, simul dictare, & audire
solitum accepimus: epistolas uerū tantarum rerum
quaternas pariter librariis dictare/ aut si nihil aliud age-
ret septenas. Idē signis collatis quinquagies dimicauit.
Solut enim Marcū marcellum transgressus/ qui unde-
quadragies dimicauerat. Nam præter ciuiles uictorias
undecies centum & nonaginta duo milia occisa præliis.
ab eo nō quidē in gloria posuerim. Tantā etiā cohaetā
humani generis iniuria/ quod itā etiā confessus est ipse:
bellorū ciuiliū stragē non pro nō prodēdo: ut iustius
Pōpeio Magno tribuatur: octingentas quadraginta sex
naues pyrthatis ademisse: cæsari ppriū & peculiare fuit
præter iā supradicta clementiæ insignia/ cui cōparari nō
possit aliud. Spectacula enī edita effusa sçq̄ opes, aut ope-
rū magnificētia ī hac parte enumerare luxuriæ fauētis
est. illa fuit uera & icōparabilis inuicti animi sublimitas

Laus cæsaris.

Quinquagies collatis
signis dimicauit.

C. nonaginta duo milia
ab eo præliis occisa.

Peculiare. C. clementiæ

DE LAVDIBVS

captis apud pharsaliã Pompei magni seriniis Epistolarum: iterũq; apud Tapsum Scipionisca optima condere malle fide atq; nõ legisse. ¶ Sequũtur uerba Plinii in Põpei magni laudẽ: Verũ ad decus imperii Ro. non solũ ad uiri unius pertinet Victoriã: Pompei magni titulos omnes triũphosq; hoc in loco nuncupare / æquato non modo Alexandri magni rerũ fulgore: sed etiã Herculis propẽ ac liberi patris. igitur Sicilia recuperata / unde primũ Syllanus in rei pub. causa exoriens auspiciatus est. Africa uero tota subacta, & indiõtionẽ redacta: magniq; nomine spoliũ inde capto eques Romanus, id quod antea nemo curru triũphali reuectus est: & statim ad solis occasum trãsgressus, excitatis in pyreneo tropheis, oppida octingẽta. lxxvii. ab alpibus ad fines hyspaniã ulteriores in diõtionem redactã uictoriã suã ascripsit / & maiore animũ fertoriũ domuit, belloq; ciuili. quod omnia cõcutiebat externa extincto: iterum triũphales currus eques Romanus induxit, totiens imperator / anteq; milles. Postea ad tota maria & deinde solis ortus missus, hos rettulit patriã titulos, more sacris certaminibus uincientium: neq; enim ipsi coronãtur, sed patrias suas coronant. Hos ergo honores Vrbi tribuit in delubro Mineruã: quod ex manubiis dicebat. Gn. Põpeius magnus imp. bello xxx. annorũ cõfecto, fuis fugatis / occisis / in diõtionẽ acceptis hominũ centies uicies semel octoginta tribus millibus. Depressis aut captis nauibus. dcccxlvi. Oppidis / Castellis mille quingẽtis. xxxviii. in fidem receptis. Terris a Meothis lacu ad Rubrũ mare subactis uotũ merito Mineruã. Triũphi

Laus Pomp. Magni.

oppida. 877.

ertorius domitus.

Pompei tituli uictoriã.

in. 1283000. et in diõtionem accepti.

mes. 846. de passis seu capis.

ida et castilla. 1538. in fidem recepta

uero quem duxit. iii. Kal. Octob. M. Metella & M. Pi-
sone Cōsulibus. præfatio hæc fuit. Cū oram maritimā
a prædonibus liberasset: & imperiū maris popu. Ro. re-
stituisset/ ex Asia Pontho. Armenia. Paphlagonia. Capa-
dotia. Cilicia. Siria. Scythis. Iudeis. Albanis. Hiberia. insu-
la Creta/ Basternis. & super hæc de regibus Mitridate
atq; Tigrane triūphauit: summa summarū in illo glos-
ria fuit/ ut ipse in cōditione dixit/ cū de rebus suis disse-
reret/ Asiā ultimā prouinciarū accepisset: eandēq; me-
diā patriæ reddidisset. Si quis ecōtrario simili modo uelit
percesere Cæsaris res/ qui maior illo apparuit: totū pro-
fecto terrarū orbē enumeret/ quod infinitū esse cōueniet.
¶ Sequūtur & uerba Plinii ubi agitur de Fortitudine
L. Dētatiq; Tribunus plebis fuit. Sp. Tarpeio A. Thec-
mo Coss. haud multo post exactos Reges in numero-
sissima suffragia habet centies uicē præliatus: ocellis ex
prouocatione uictor. xlv. cicatricibus aduerso corpore in-
signis/ nulla intergo. Itē spolia cepit xxxiiii. donatus ha-
stis puris duode uiginti: phaleris xxv. torquibus tribus:
& octogita armillis. cly. coronis. xxxvi. Cuneis. xiiii. Au-
reis. vii. Muralibus tribus. Obsidionali una. Fisco æris
x. Captiuis xx. millibus. Imperatores nouē ipsius maxis-
me opera triūphātes sequutus. Prætereo quod optimū
in operibus eius reor uno ex Ducibus. T. Romulo ex
cōsultatu ad populū cōuictō male acti imperii rei mili-
taris: haud maiora forent Manlij Capitolini decorāni
perdidisset illa exitu uitæ/ antæ xxii. annos binā ceperat
spolia. primus omnium equus Coronā muralē acceperat.
vi. Ciuitas. xxxvii. Dona. xxxiiii. cicatrices aduerso corpore

Mitridatis. &
Tigranes.

Asia media. Po. Ro.
reddita.

L. Dentati laus.

Manlij Capitolini laus

DE DÍVITIÍS

M. Sergij laus. max.

re exceperat. P. Seruiliū magistrum equitū seruauerat: si nō regno suo seruasset. Verū sunt in his quidē uirtutis opera magna: sed maiora Fortunæ. M. Sergio ut equidē arbitror nemo quēq̃ hominū: iure prætulert: licet et pronepos Catilina gratiā nō derogarit. Secūdo Stipēdio dextrā manū perdidit. Stipēdius duobus ter & uicies uulneratus est: ob id nā manū neutro pede satis utilis uno tātū seruo plurimis postea Stipēdis debilissimiles bis ab Hānibale captus: neq̃ enim cū quolibet hoste res fuit. bis uinculorum eius profugus xx. mēsis nullo nō die in cathenis, aut cōpedibus custoditus: sinistra manu sola quater pugnauit: duobus equis suffossis Cremonā ab obsidione exemit. Placētiam tutatus est: duodena hostiū castra in gallia cepit / quæ omnia ex Oratione eius apparent habita, cū in prætorio sacris arceretur á collegiis ut debilis. Quos hic coronarū acer uos constructus hoste mutato. Etenim plurimis refert inique cuiusq̃ nirtus tēpora inciderit: quas Trebia, Ticinusq̃ / aut Trasimenus ciuitas coronas debere? Quæ canis corona merita / unde fugisse summū opus fuit. Cæteri profecto uictores hominum fuerit / Sergius uicit etiam fortunā. Ingeniorū gloriæ quis posset agere delectum per tot disciplinarū genera / & tātā rerū operumq̃ uarietate: nisi forte Homero uate græco nullum feliciorē extitisse conuenit, siue operis fortuna / siue materia extimetur. De uiris peritis & excellentissimis. Ro. lōgum esset narrare. Opera enī illorum adhuc extant.

De diuitiis. Ro.

m Arcus Crassus negabat diuitem, nisi qui redditu

annuo legionem tueri posset. scribit enim Plinius lib. xxxiii. C. Asinio Gallo. & C. Mario Cyrino. Cos. vi. Kl. Feb. Caius cecilius claudius Isydorus testamento suo edixit / quibus multa ciuili bello perdidisset / tamen reliquere seruatorum quattuor millia centum sexdecim. Iuga bouum tria millia sexcenta: reliqui pecoris. cc. quinquaginta septem mill. innumerato pondio sexcenta millia / qui suonerari se iussit sextertius undecim millibus. Caluus uero orator querebatur uasa coquinaria ex argento fieri: at nos dicit. Plinius Carrucas ex argento celare inuenimus / & lectos mulierum iam pridem totos operiri argento / & Triclinia quaedam quibus argentum addidisse primus traditur Caruilius folio eques Ro. Idem & aureos fecit lanceasque eceteris lib. argenti / quas tunc super quingentas numero Romae fuisse constat & alia multa incredibilia. Narrat denique Plinius lib. xxxvii. Auctoritatem Catulli poetae uidentis consulis citum dicens Auusque Seruilius Noniani, quem consulem uidimus illeque proscripsum fugiens hunc fortissimis suis omnibus Annulum abstulit secum / quem certum est sextertius uiginti millibus extimatum. Quid praeterea dicendum est de P. Clodio / quem Milo occidit, sextertius cerum quadraginta septem millibus domo empta habitasse. Itaque & ipsum Milonem sextertia septingenta millia aeri alieni habuisse. Omitto multa de Caesare Aug. de quo Suetonius ait. Aedes sacras uentustate collapsas aut incendio assumptas refecit: easque & caeteras opulentissimis donis adornauit / utpote qui in cellam capitolii Iouis sexdecim millia pondio auri gemasque ac margaritas quingentes sextertium una donatione contulerit:

C. cecilius Claudius

Carrucae ex argento
celatae et lecti operi
argento.

Caruilius Folio.

P. Clodius.

Milo.

Augustus Caesar.

DE NONNVLIS

¶ Quid dicā de nobilissima & potētissima Fabiorū
 familia/ quæ propriis sumptibus bellū contra Veientes
 sūmens in uno conflictu sex supra trecentos eiusdē fa-
 miliaē milites patritii ordinis viros amisit & Diues apud
 Romanos habebatur: qui exercitū Ro. poterat ex pro-
 priis alere sūptibus/ pro ut. M. crassus aluit/ & alii q̄ plus
 res fecere. Quis præterea in Italia est beatissime pater
 Iuli nostro tēpore princeps, seu ciuis tā potēs/ tantaq̄ p̄-
 ditus superlectili. ut erat Lucullus ipse Romanus/ quem
 cicero Xersēm appellauit/ qui ad uiginti quinq̄ mil. ho-
 minū honorifice suscipere poterat: nec tamē Lucullus
 solus ea in Vrbe diues habebatur, teste Plinio / cū etiā
 uiginti ciuium millia & eo amplius in Vrbe Romana
 fuissent/ qui cū Luculo de diuitiis cōtendere potuissent.
 Clodius uero Aesopi tragediæ filius Romæ singulos
 uniones ac preciosissimas margaritas ī cōuiuio magnis
 ficētiaē cā ad sorbendū dedit. Ancus autē Martius salis
 modios sex millia in cōgiario dedit. Po. Ro. qui primus
 salinas instituit. T. petronius iuris consultus moriturus
 inuidia Neronis principis/ ut mensam eius exheredaret,
 Trullam murinam trecentis sextertis emptam fregit.
 Sed Nero (ut par erat) principes uicit omnes. cccc. sex-
 tertis fragmenta emit/ & cupidinem unā parauit, q̄ po-
 taret. Omitto Trullam cristallinam centum quadragis-
 ta millibus emptā a matre familias nec diuite: Opera ip-
 sa ædificiorum diuitias Ro. ciuium demonstrarunt.

De nonnullis triumphantibus.

- i Vlius cæsar quinques triūphauit: Primus excellē-
 tissimus triūphus fuit gallicus. Sequentē uero egit

Lucullus.

TRIVMPHANTIBVS. LVI

Alexandrinū. Deinde pōtum/Proximū Aphricanum/
 Nouissimū uero Hispaniēsem diuerso quēq; apparatu
 ascēditq; capitoliū ad lumina. xl. Elephantis dextra atq;
 sinistra Lychnos gestātibus/ teste Suetonio / Pontico
 Triūpho inter pōpæ fercula triū uerborū p̄tulit titulū.
VENI. VIDI. VICI. Quid dicā de Pompeio
 Magno: qui primus triūphans Myrrhina uasa inuenit,
 sexq; pocula ex eo triūpho capitolino Ioui dicauit/ quæ
 primū ad hominū usum trāsire. Abacis etiā escariisq;
 uasis idē expetit. Excreuitq; in dies eius rei luxus. Myr-
 rhino. lxxx. sextertis tres Pōpcius ipse magnus in tertio
 Triūpho transtulit alueū cum texaris lusorium e gēmis
 duabus latū pedes tres lōgum uero ped. iiii. & lunā au-
 reā pōdo. xxx. milliū: tactos triclinares tres: uasa ex auro
 & gēmis abacorū nouē: Signa aurea tria. Mineruæ ma-
 tris & Apollinis/ coronis ex margaritis. xxxiii. Montem
 aureū quadratū cū ceruis & leonibus & pomis omnis
 generis circumdata uitæ aurea. Museū ex margaritis in
 cuius fastigiū horologiū erat cū imagine. GN. Pōpcit
 e margaritis/ & alia q̄ plura spolia aurea. Omitto trium-
 phum Scipionis Aphricani: qui teste Liuiο lib. xxxii. in
 triūpho suo argēti pondo cētum millia xxii. in pub. ara-
 rio posuit ad urbēq; statuas pulcherrimas, & īfinitam
 predā perduxit. Paulus Aemilius ex uetustissima Aes-
 miliarū patrioꝝ familia post uictoriā de hugubris ha-
 bitā profectus est cū exercitu cōtra Persēū Macedonū
 Regē: ipsum tādē cū filiis ac filia captū cum uniuerso
 thesauro Macedonia Romā deduxit: cui S. P. Q. R.
 Preparauit triūphum. Omnia tēpla Urbis aperta erāt

DE NONNVLIS

fertis & floribus exornata/ & in omnibus locis Urbis
 per quæ trāsiturus erat arcus lignei/ triūphales fabrica-
 ti uariis ornamētis erecti fuere. Prima enim die uix Si-
 gnis, Figuris, Colloſis, Tabulis trāsmittendis ſuffecit.
 ¶ Secunda uero die Macedonū arma multis curribus
 delata fuere, ſicut erāt ſcutagaleæ, Thoraces, Ocreæ, oīa
 ex auro adornata. Poſt hæc autē in curribus ſequeban-
 tur uiri, qui nūmiſmata ferebant argentea in ualiſ. ccc.
 Quodlibet enī uas erat triū talentorū: quattuorq; uiri
 ſingula uafa regebant: alii uero crateras/phialas argen-
 teas ornatiſſimoſq; calices aureos deferebant. Tertia ue-
 ro die ſtabant Tibicines clauſicum & bellicū ſonum dā-
 tes: poſt quos. cxx. boues albi deauratis cornibus uiſtis
 & fertis ornati ducebantur cum patenis & ualiſ ſacrifi-
 candi. Poſtea uero ſequebantur & uiri, ut ſupra portan-
 tes aurea nummiſmata in ualiſ numerus uaforū trium
 Talentorum fuit. lxxiii. cum aurata ſcala decē. Talētoꝝ
 pretioſis margaritis exornata cum aliis q̄ pluribus ualiſ
 aureis, magni pōderis lapis ptioſis adornati. Poſt hæc
 erat ornatiſſimus Perſei Regis deuicti curruſ cū ſpoliis
 & diademate, cum armis eius in altum extenſis: Poſtea
 uero Darius & Alexander Regis filii cum pedagogis &
 alumnis fortunium ſuum pro ætate non intelligentes:
 quos pulcherrimos paruulos ad lachrimas Senatus
 populuſq; uniuerſuſ præ gaudio comotus eſt: omniſq;
 turba regis filioſ & filiam ad miſericordiam cōuerſa eſt.
 Ipſe uero Perſeus rex poſt filioſ demiffa facie trepiduſ,
 ac turbatuſ incedebat: poſt quem amici eius & duceſ &
 potētes & familiares ibant. / mœſti & lachrymātes: ut

TRIVMPHANTIBVS. LVII.

ſpectaculum letitiæ & doloris uisum eſt: uictores & uicti lachrymabantur. Poſt eum aureæ coronæ deferre bantur: quas à ciuitatibus Græciæ Aemilius dono acceperat: numerus enim coronarum erat. cccc. Poſtremo uero Aemilius ipſe triumphans uictor, ornatiffimo curru inuectus ſequebatur, ſpūrpūram auro contextam indutus, laureatus, lauricq; ramuſculum manu dextra gerens: quem trahebant quattuor equi candore certantes cum niue. Milites uero ſubſequebantur in ordine canētes patria carmina ſalibus permixta: nōnulli uero Aemilii laudes & uirtutes currum ſubſequebantur captiuitate liberati, caſo capite, & pileati: deinde equites laureati. Erāt ibidem & arma uictorum laureata in triumpho / qui triumphabant coronam lauream cum perueniſſet ad capitolium poſt ſacrificia ponebat in Iouis græmio.

Julianus imperator Romam cum triumpho uia flāminia iſceſſus, aureo carpento ciues obuiam factos mira benignitate inſpexit, & ueneratus eſt, dictitās illud Cinez Pyrrhi legati uerū eſſe, tot ſe uidere Reges in urbe Roma / quot ciues / populum romanum ad iſum cōciſtauit, q̄ porta urbis iſcediēs cellas & ſaſtigiatas arcusq; triumphales præaltos & latos homo parua ſtaturæ caput incuruaret, more anſerum / leſionē peritus. Is præterea campū Martium cū admiratione inſpiciens ſepulchru Auguſti Cæſaris tot ſimulachris marmoreis & Aeneis ornatū. Forum Ro. Iouis tarpei de Iubra, Theſmas / porticus in prouinciæ modū auctas / Amphiteatru Tyburtio lapide extructū, uariis picturis & ſtatuſ ador natū tātæ altitudinis. Pātheon. Tēplū pacis / circū ma

ximum / tot aquæ ductus. tot Arcus triūphales. tot fla-
 tuas per Urbē ad ornatum positas, obstupuit / ac tandē
 dixit. Naturam uires omnes in unā Urbem effundisse.
 eadē uerba in noua urbe cæteris paribus ut alter Iulianus
 dicere potest. Si enī inspiciamus palatia Pontificū /
 & ædes sūptuosissimas Cardinaliū / adornatasq; uineas
 maximus ædificiis / picturis / & statuis exornati obmitto
 pulcherrimas Domos & Vias amplissimas / & templa
 ipsa. instaurata tēpore Syxti cūm pōtib; & tuæ bea-
 titudinis. tamē ut ad inceptum redeā prædictos triū-
 phantes omnes tuæ Sanctitas superauit. deuictis Potē-
 tissimis hostibus fidei Christianæ expulsiq; tyrannis
 Ciuitates ecclesiæ occupantibus. Primus triūphus tuæ
 sanctitatis fuit de uictoria recuperatæ Bononiæ : quam
 Urbem ingressus more triumphantium Sanctitas tuæ
 triūphali curru inuenta ince cedebat cū hymnis & can-
 tibus præædētibus processionibus & magistratibus to-
 tius ciuitatis & uicinorū oppidorum. Post quem exor-
 natum triūphum subsequēbātur Cardinales Reueren-
 tissimi numero xx. cum ep̄is xliiii. & multis prælatis &
 curialibus. Erant & milites ipsi uariis armis exornatiue
 ribusq; sericei auro cōtexto circū ornati cū insignibus
 ruereis. Inter quos erat Præfectus urbis & Senogali
 nunc uero dux Urbini nepos tuæ sanctitatis cum exer-
 citu ecclesiæ uariis armis exornatus. Erat & Nobiliss-
 mus Marcus Anto. Colūna capitaneus Po. Florentini
 cum multis Romanis uiris expertis. Erant & alii milio-
 tes Floren. Bononienses / & Perusini / Pistoriēses uniuers
 so populo spectante cū plausu & læticia cōclamātes lus

li iuli. Pater patriæ & conseruator libertatis & Po. Bono
 niensis. ¶ Omitto Templorū ornāmēta & Arcus triū
 phales per uniuersam Ciuitatem erectos auro /sertisq; ex
 ornatos cū epythaphiis de liberatione patriæ a Tyrānis
 ea seruitute. Omitto præterea laudes & carmina pluri
 bus in locis afixa & recitata audiebatur undiq; Clāgor
 tubarū /& classicum sonitū & bellorū strumentorum.
 Erant præterea nōnulli ministri tuæ sanctitatis /qui pu
 blice inter plebē ipsam spargebāt auream pecuniā & ar
 gēteā i signū liberalitatis & magnificētiæ quod ipsi Ro
 mani triūphantes in eorū triūphis nunq; fecisse legitur /
 mirabilæ dictū /donec ad Tēplum. i. Petri uentū tunc /in
 quo peractis solēnibus sacrificiis ad palatū postea uen
 tum est ubi & pecunia multa aurea i publica platea mi
 litibus sparsa fuit spectaculi gratia dataq; benedictione
 unusquisq; gaudēs ad propriam remeauit. die xi. mensis
 Nouēb. M. D. VI. quo anno & flores rosarū & poma
 & tēpora extiua fuerunt e mense decēbrio. Et omnes Bo
 nonienses dicebant uere iulius pater est colorū & Pla
 netarum. Secundus Triumphus fuit recuperatis ecclesia
 sticis rebus in ingressu magnæ urbis Romæ : ut tēpla
 omnia Urbis apta uariis sertis & floribus exornata erāt
 uiaq; ipsæ arabicos odores spirabāt : in quibus erāt ere
 cti cōtinui arcus lignei auro exornati /colūnisq; de argē
 tatis suffulti. Erat præterea ipse arcus Domitiani i campo
 martio adeo exornatus ac uariis stauis & picturis insau
 ratas a bona memoria Georgii car. Vlix bonēsis & epī
 portuēsis ac si nouiter ipse Domitianus ite triūphasset
 ¶ Omitto magistratus & officiales ac torā curiā Ro

DE NONNVL. TRIVMPHAN.

eum processionibus & Clero totius urbis qui omnes in
 die palmarum/occurrerunt obuiam dicentes. Benedictus
 qui uenit in nomine domini liberator Urbis & amplias
 tor imperii conseruatorq; libertatis ecclesie donec uen-
 tum est ad uaticanum in templo diui Petri Apostoli ut
 alias deo dante maiora de tua sanctitate scribam. ac ter-
 tium triumphum duobus predictis in meliore forma
 redactis addam/quod erit maximum de infidelibus ip-
 sis ac perfidis maumethanis.

De magnitudine imperii & triumphis.

Triumphus non idē ualet quod ouatio teste Pō-
 nio Lato: quid dicit Domitius multa eade ho-
 ribus habebatur triumphus/& boues cornibus aurea-
 tis mactabantur: cum uero hostes sine pugna & sangui-
 ne cum ducibus nostris conuenissent quoniam res per-
 acta siue eade esset ouatio erat. Pedes ingrediebatur ur-
 bem: qui sic uicisset sine ferculorum pompa myrtho co-
 ronatus una cum militibus tibicines obantem precede-
 bant: quæ pacifera choreæ instrumenta sunt in sacris
 mactabantur oues: unde ouationis nomē. In triumpho
 clangor tubarum. In ouatione uero concētus tibarum
 ille martis. hic Veneris erat. Scribit præterea de magni-
 tudine imperii Romani dicens. Ab ortu usq; ad indos
 propagati imperii fines: non euphrates: non Tygris ues-
 tuere/nō superba regum Persarū minæ: a meridie Aethi-
 opes per legatos adcerere: ab Aquilone barbaræ fe-
 ræq; legationes Sarmatarum domita/ab occasu Gens
 Scythicus Oceanus admirabilis uictoria: testis est simul
 & Britannicus. Igitur toto terrarū orbe undiq; Romana

DE LAUDE IPSIVS VRBIS. LIX

armā illustres uictorias ad secuta sociis lætitia præbue-
 re rebellibus metū terrorēq; pugnare cupientibus. Por-
 ro Persæ armis Ro. cedere cōfessi itra positos terminos
 se tenuerūt. Vergilius nāq; Maro. Imperiū sine fine de-
 di. De ueneratione principū Ro. beatissime pater scribe-
 re nō audeo. dicit enim p̄dictus Pōponius. Diocletianus
 uero Ro. principū uictoriosissimus diuinos honores im-
 peratoribus Augustis habēdos præcepit: nā cum prior-
 res ut Cōsules salutarētur. Primus ip̄e uoluit adorari: ue-
 lut in eo esset cælestis maiestas: fratrem solis ac lunæ se nū-
 cupans. Imperatores antea manus exosculādas nobilibus
 præbebant: postea uero subleuebant ad oris oscu-
 lum/uulgius genua exosculabatur. Diocletianus edicto
 sanxit uti omnes sine geberis discrimine prostrati pedes
 exoscularētur/quibus etiā uenerationē quādā adhibuit
 exornās calciamēta auro & gēmis & margaritis/ quod
 fecisse ante C. Calliculam memorant. de triūpho domi-
 tian. parpulchre scripsit Pōponius lib. ii. Quid plura?
 Augustinus tres uidere uoluisse dicitur. Romam triū-
 phātem. Paulum prædicantem/ & Christum in carne.

De laude ipsius urbis.

d E urbe Roma multa dicenda forent. paucis ta-
 men uerbis expediam. Dicit. n. Plin. lib. iii. Nec
 ignoro ingrati ac segnis animi existimari posse merito
 si breuiter atq; in trāscursum in hunc modum dicatur.
 Terra omnium terrarū alūpna eadem & parēs numine
 deum electa quæ cælum ipsum clarius faceret sparsa cō-
 gregaret ip̄eria: ritusq; moliret/ & tot populorū discordes
 ferasq; linguas sermōis cōmertio cōtraheret ad colloqa

DE LAVDE

& humanitatē hominidaret / breuiterq; una cunctarū
 gentium in toto orbe patria fieret. Et quid agam tanta
 nobilitas omniū locorū / quos quis attigerit: tanta rerū
 singularū populorūq; claritas tenet. Urbis Roma uel
 sola ī ea & digna etiā testa ceruice facies / quo tādē narra
 ri debet operes. Et qualiter Campaniæ ora per se foelixq;
 illa ac beata amenitas / ut palā sit uno in loco gaudētis
 opus esse naturæ. Iam uero tota uitalis ac perhennis sa /
 Hic docuit qualem poseat facundia sedem,
 Ut bonus esse uelit quisq; disertus erit.
 Rosida puniceo fulsere crepuscula coelo,
 Pandimus obliquo linthea flexa sinu.
 Paulisper littus fugimus Munione uadosum
 Suspecto trepidant hostia parua solo.
 Inde grauiscarum fastigia rara uidemus
 Quas præmit æstiuæ sæpe paludis odor.

LIBER PRIMVS.

Sed nemorosa uiret densis uicinia lucis,
Pineaq; extremis fluctuat umbra frætis.
Cernimus antiquas nullo custode ruinas,
Et desolatæ moenia foeda Cosæ.
Ridiculam cladis putet inter seria causam,
Promere, sed risum dissimulare piget.
Dicuntur ciues quondam migrare coacti
Muribus infestos deseruisse lares.
Credere maluerim pygmeæ damna cohortis
Et coniuratas in sua bella grues.
Haud pcul hinc petit' signatus ab hercule portus
Vergentem sequitur mollior aura diem
Inter castrorum ueltigia sermo retexit,
Sardoam lepidò præcipitante fugam.
Littore nanque Cosæ cognatos depulit hostes,
Virtutem Catuli Roma secuta ducis.
Ille tamen lepidus peior ciuilibus armis,
Qui gessit sociis impia bella tribus.
Qui libertatem mutinensi Marte receptam
Obruit auxiliis urbe fauente nouis.
Insidias paci moliri tertius ausus,
Tristibus excepit congrua fata reis.
Quartus Cæsareo dum uult itrepere regno
Incesti poenam soluit adulterii,
Nunc quoq; sed melius de nostris fama queretur
Iudex posteritas seminadira notet.
Nominibus certos credam decurrere mores.
Moribus an potius nomina certa dari?
Quicquid id est micus latiis annalibus ordo,

R V T I L I I

Quod lepidum toties reccidit ense malum.
 Nee dum decessis pelago permittitur umbris
 Natus uicino uortice uentus adest.
 Tenditur in medias mons argentarius undas,
 Ancipitiq; iugo carula curua præmit,
 Transuersos colles bisternis milibus artat,
 Circuitu ponti ter duodena patet.
 Qualis per geminos fluctus Ephyreius istmos
 lonias bimari littore findit aquas.
 Vix circumuehimur sparsæ dispendia rupis/
 Nec sinuosa graui cura labore caret.
 Mutantur toties uario spiramina flexus
 Quæ non profuerant uela repente nocent.
 Eminus igilii siluosa cacumina miror.
 Quam fraudare nephas laudis honore suæ.
 Hæc proprios nuper tutata est insula saltus,
 Siue loci ingenio, seu domini ingenio.
 Gurgite cū modico uictricibus obsticit armis,
 Tanquam longinquo distociata mari.
 Hæc multos laccra suscepit ab urbe fugatos
 Hic fessis posito certa timore salus.
 Plurima terreno populauerat æquora bello
 Contra naturam classe timendus eques.
 Vnum mira fides uario discrimine portum
 Tam prope Romanis/tam procul esse getis.
 Tangimus Vmbronē/non est ignobile flumen,
 Quod tuto trepidas excipitore rates.
 Tam facilis pronis semper patet alucus undis,
 In pontum quoties sæua procella ruit.

LIBER PRIMVS.

Hic ego tranquillæ uolui succedere ripæ
Sed nautas auidas longius ire, sequor.
Sic festinantem, uentusq; diesq; reliquit,
Nec proferre pedem/nec reuocare licet:
Littorea noctis requiem metamur arena,
Dat uespertinos myrthea silua focos.
Paruula subiectis facimus tentoria remis
Transuersus subito culmine contus erat.
Lux aderat, tonis progressi stare uidemur,
Sed cursum proræ terra relicta probat.
Occurrit chalybum memorabilis Ilua metallis
Qua nihil uberius norica gleba tulit.
Non biturix largopotior strictura camino,
Necq; sardonio cespite masse fluit.
Plus confert populis ferri foecunda creatrix:
Quam Tartessiaci glaria fulua Tagi.
Materies uiciis aurum lætale parandis.
Auri cæcus amor ducit in omne nefas.
Aurea legitimas expugnant munera tædas,
Virginicosq; sinus aureus imber emit,
Auro uicta fides munitas decipit urbes,
Auri flagitiis ambitus ipse furit.
At contra fero squalentia rura coluntur,
Ferro uiuendi prima reperta uia est:
Secula semideum ferrati nescia Martis
Ferro crudeles sustinuetes feras.
Humanis manibus non sufficit usus inermis,
Sinon sint aliæ ferrea tela manus.
His mecum pigri sanabar tedia uenti

R V T I L I I

Dum resonat uariis uile celeuma modis.
 Lassatum cohibet uicina Faleria cursum
 Quamq̄ uix mediū Pbœbus haberet iter.
 Et tum forte ilares per cōpita rustica fagi
 Mulcebant sacris pectora fessa iocis.
 Illo quippe die tandem renouatus Osyris
 Excitat in fruges germina lacta nouas,
 Egressi uillam petimusq; lutoq; uagamur,
 Stagna placent septo delitiosa uado.
 Ludere lasciuos inter uiuaria pisces,
 Gurgitis inclusi laxior unda sint,
 Sed male pensauit requiem stationis amœnæ,
 Hospite conductor durior Antiphate.
 Namq; loci querulus curam iudeus agebat:
 Humanis animal dissociabile cibus.
 Vexatos fructices, pulsatas imputat algas,
 Damnaq; libatæ grandia clamat aquæ
 Reddimus o scenæ conuicia debita genti,
 Quæ genitale caput propudiosa metit
 Radix stultitiæ cui frigida sabbata cordi.
 Sed cor frigidius religione sua est.
 Septima quæq; dies turpi damnata ueterno
 Tanquam lassati mollis imago dei.
 Cætera mendacis deliramenta catastæ
 Nec pueros omnes credere posse reor.
 Atq; utinam nunquã iudea subacta fuisset/
 Pompeii bellis imperioq; Titi.
 Latius excisæ pestis contagia serpunt,
 Victoresq; suos natio uicta præmit.

LIBER PRIMVS.

Aduersus surgit boreas, sed nos quoq; remis
Surgere certamus cum tegit astra dies.
Proxima securum referat populonia littus
Qua naturalem ducit in arua sinum
Non illic positas extollit in æthera moles
Lumine nocturno conspicienda Pharos,
Sed speculum ualide rupis fortita uetustas
Qua fluctus domitos arduus urget apex.
Castellum geminos hominum fraudauit in usus
Præsidium terris indiciumq; fretis.
Agnosci nequæunt æui monumenta prioris:
Grandia consumpsit mœnia tempus edax.
Sola manent interceptis uestigia muris,
Ruderibus latis tecta sepulta iacent.
Non indignemur mortalia corpora solui,
Cernimus exemplis oppida posse mori.
Lætior hic nostras crebrescit fama per aures
Consilium Romam pene redire fuit.
Hic præfecturam sacre cognoscimus urbis
Delatam meritis dulcis amice tuis.
Optarem uerum complecti carmine nomen,
Sed quosdam refugit regula dura pedes,
Cognomen uersu Veneris carissime Rufi,
Illo te dudum pagina nostra canit.
Festa dies, pridemq; meos dignata penates,
Poste coronato nota secunda colat.
Exornent uirides communia gaudia rami,
Prouecta est animæ portio magna meæ.
Sic mihi, sic potius placeat geminata potestas,

R V T I L I I

Per quem malueram rursus honore fruar.
 Currere curamus uelit aquilone reuerso.
 Cum primum roseo fulsit eous equo.
 Incipit obscuros ostendere Cosica montes,
 Nubiferumq; caput concolor umbra leuat.
 Sic dubitanda solet gracili uanescere cornu,
 Defessisq; oculis luna reperta latet.
 Hæc ponti breuitas auxit mendacia famæ,
 Armentale ferunt quippe nataste pecus.
 Tēpore Cynæas quo primum uenit in oras,
 Forte secuta uagum fœmina Corſa bouem.
 Processu pelagi iam se capraria tollit.
 Squallet lucifugis insula plena uiris.
 Ipsi se monatos graio cognomine dicunt,
 Quod soli nulli uiuere teste uolunt.
 Munera fortunæ metuunt, dū damna uerentur
 Quisquam spōte miser, ne miser esse queat
 Quæ nam peruersi rabies tam stulta cerebri?
 Dū mala formides, nec bona posse pati.
 Siue suas repetunt ex fato ergastula pœnas,
 Tristia seu nigro uiscera felle tument.
 Sic nimix bilis morbum assignauit Homerus.
 Belletriphontæis sollicitudinibus.
 Nam iuueni offenso sæui post tela doloris
 Dicitur humanum displicuisse genus.
 In Volaterranum uero uada nomine tractum,
 Ingressus dubii tramitis alta lego.
 Despectat proræ custos, clauumq; sequentem,
 Dirigit, & puppim uoce monēte regit.

RUTILII

Incertus gemina discriminat arbore fauces,
 Defixaſq; offert limes uterq; iudes.
 Illis proceras mos eſt adnectere lauros
 Conſpicuas ramis & fruticante coma,
 Vt præbente algam denſi ſymplegade limi
 Seruet inoffenſas ſemita clara notas:
 Illie me rapidus conſiſtere corus adegit
 Qualis ſiluarum frangere luſtra ſolet.
 Vix tuti domibus ſæuos tolerauimus Imbres
 Albinipatuit proxima villa mei.
 Nanq; meus quem Roma meo ſubiunxit honori,
 Per quem iura meæ continuata togæ
 Non expectatos penſauit laudibus annos,
 Vitæ flore puer ſed grauitate ſenex.
 Mutua germanos iunxit reuerentia mores,
 Et fauor alternis creuit amicitiiſ.
 Pretulit ille meas cum vincere poſſet habenas,
 Prædeceſſoris maior amore fuit.
 Subiectas villæ vacat aſpectare ſalinæ.
 Nanq; hoc cenſetur nomine ſalfa palus:
 Qua mare terrenis decliue canaliſbus intrat,
 Multifidoſq; lacus paruula foſſa rigat.
 Aſt vbi flagrantès admouit ſirius ignes
 Cum pallent herbe, cum ſicit omnis ager.
 Cum cataractarum clauſtris excluditur æquor,
 Vt fixos latices horrida duret humus.
 Concipiunt acrem natiua coagula Phœbum,
 Et grauis æſtuo cruſta calore coit.
 Haud aliter q̄ cum glacie riget horridus Iſter;

RVTILII

Grandiaq; adstricto flumine plaustra uehit.
 Rimetur solitas natura expendere causas,
 Inq; pari dispar fomite quærat opus.
 Iuncta fluenta gelu conspecto sole liquefcunt,
 Et rursus liquidæ sole gelantur aquæ:
 O quam sæpe malis generatur origo bonorum,
 Tempestas dulcẽm fecit amara moram.
 Victorinus enim nostræ pars maxima mentis,
 Congressu expleuit mutua uota suo.
 Errantem Tuscis considerare compulit agris,
 Excollere externos eapta Tolosa lares,
 Nec tantum duris nituit sapientia rebus,
 Pectora non alio prosperiora tulit.
 Consulis Oceanus uirtutum, conscia Thule,
 Et quicunq; ferox arua Britanus arat.
 Qua præfectorum uicibus frenata potestas,
 perpetuum magni foenus amoris habet.
 Extremum pars illa quidem discessit in orbem,
 Sed tanq; medio rector in orbe fuit.
 Plus palmæ est illos inter uoluisse placere
 Inter quos minor est displicuisse pudor:
 Illustri nuper sacræ comes additus aulæ,
 Contempsit summos turis amore gradus.
 Hunc ego complexus uentorum aduersa sefelli,
 Dum uideor patriæ iam mihi parte frui.
 Lutea protulerat sudos aurora iugales,
 Antennas tendi littoris unda iubet:
 Inconcufla uehit tranquillus aplustria flatus,
 Mollia securo uela rudente tremunt.

R. VTILII

Aflurgit ponti medio circumflua Gorgon,
 Inter Pisanum, Cyrnaicumq; latus.
 Aduersus scopulos damni monumenta recentis,
 Perditus hic uiuo funere ciuis erat.
 Noster enim nuper iuuenis maioribus amplis,
 Nec censu inferior, coniugioque minor.
 Impulsus furiis homines, diuosq; reliquit,
 Et turpem latebram credulus exul agit.
 Infelix putat illuue cœlestia pasci,
 Sequi premit læsis sæuior ipse deis.
 Num rogo deterior Circæis lecta uenenis?
 Tunc mutabantur corpora: nunc animi.
 Inde trituritam petimus, sic uilla uocatur,
 Quæ latet expulsis insula pene fretis.
 Natq; manu iunctis procedit in æquora saxis,
 Quicq; domum posuit, condidit ante solum.
 Contiguum stupui portum, quem fama frequentat,
 Pisanum emporio, diuitisq; maris.
 Mira loci facies pelago pulsatur aperto,
 Inq; omnes uentos littora nuda patent.
 Nonnullus regitur per brachia tuta recessus,
 Aeolias possint qui prohibere minas.
 Sed procera suo prætexitur alga profundo,
 Moliter offensæ non nocitura rati.
 Et tamen insanas cedendo interrigit undas,
 Nec sinit ex alto grande uolumen agi.
 Tempora nauigii clarus reparauerat Euris.
 Sed mihi Protadium uisere cura fuit.
 Quem qui forte uelit certis cognoscere signis,
oo ii

RUTILII

Virtutis speciem corde uidente petat
 Nec magis efficiet similem pictura colorem
 Quam quæ de meritis mista figura uenit.
 Aspicienda procul certo prudentia uultu,
 Formaq; iusticiæ suspicienda micat.
 Sit fortasse minus si laudet Gallia eiuem,
 Testis Roma sui præsulis esse potest.
 Substituit patriis mediocres Umbria sedes
 Virtus fortunam fecit utraq; parem,
 Mens inuisa uiri pro magnis parua tuetur,
 Pro paruis animo magna fuere suo.
 Exiguus regum rectores cespes habebat,
 Et cincinatos iugera pauca dabant.
 Hæc etiam nobis non inferiora feruntur,
 Vomere Serrani, Fabriciiq; foco.
 Puppibus ergo meis fida in statione locatis,
 Ipse uehor Pisas qua solet ire pedes.
 Prebet equos, offert etiam carpenta tribunus,
 Ex commilitio carus & ipse mihi.
 Officiis regerem cum regia tecta magister,
 Armigerasq; Pii principis exebias.
 Alphæ ueterem contemplor originis urbem,
 Quam cingunt geminis Arnus & Ausur aquis:
 Conum Pyramidis cœuntia flumina ducunt,
 Intratur modico frons patefacta solo.
 Sed proprium retinet communi in gurgite nomen.
 Et pontum solus scilicet Arnus adit.
 Ante diu q̄ troiugenas fortuna penates,
 Laurentinorum regibus insereret.

LIBER PRIMVS.

Elide deductas suscepit Etruria Pisas,
Nominis indicio testificata genus.
Namq; pater quondam tyrrhenis præfuit aruis,
Falsibus & senis credita iura dedit.
Narrabat memini multos emensus honores,
Tuscorum regimen plus placuisse sibi.
Nam neq; opum curam quis sit magna sacrarum,
Nec ius quæ sturæ grata fuisse magis.
Ipsam sisas est postponere præfecturam,
Pronior in Tuscos non dubitabat amor.
Nec fallebatur tam carus & ipse probatis,
Aeternas grates mutua cura canit.
Constantemq; sibi pariter, mitemq; fuisse,
Insinuant natis qui meminere senes.
Ipsam me gradibus non degenerasse parentis,
Gaudent & duplici sedulitate fouent.
Hæc eadem cum Flamminiæ regionibus item,
Splendoris patrii sæpe reperta fides.
Famam Lachaniueneratur nominis instar,
Inter Turrigenas Lydia tota suos.
Grata bonis præcos retinet prouintia mores,
Digna q; rectores semper habere bonos,
Qualis nunc Decius Lucilli nobile pignus,
Per Corythi populos arua beata regit.
Nec mirum magni si redditus indole nati,
Felix tam simili posteritate pater.
Huius uulnificis satyra ludente camœnis,
Nec Turnus patior, nec luuenalis erit.
Instituit ueterem censoria lima pudorem,

RVTILII

Dumq; malos carpit præcipit esse bonos.
 Non olim sacri iustissimus arbiter auri.
 Circonsistentes reppulit, Harpyias.
 Harpyias quarum decerpitur ungibus orbis,
 Quæ pede glutineo quod tetigere trahunt.
 Quæ luscum faciunt Argum, quæ lyncea cæcum,
 Inter custodes publica furta uolant.
 Sed non Lucillum Briareia præda fefellit,
 Totq; simul manibus restitit una manus.
 amq; Trituritam Pisæa ex urbe reuersus,
 Aptabam nitido pendula uela noto.
 Cum subitis tectus nimbis inorduit æther,
 Sparserunt radios nubila rupta uagos.
 Substitimus. Quis enim sub tempestate maligna,
 Insanituris audeat ire fretis?
 Oria uicinis terimus naualia siluis,
 Sectandisq; iuuat membra mouere feris.
 Instrumenta parat uenandi uillicus hospes,
 Atq; olidum doctas nosse cubile canes.
 Funditur insidiis: & rara fraude plagarum,
 Terribilisq; cadit fulmine dentis aper.
 Quam meleagræi uereantur adire lacerti,
 Qui laxet nodos Amphitryoniada.
 Tum responsuros persultat bucina colles,
 Fit q; reportanda carmine præda leuis.
 Interea madidis non desinit Africus alis,
 Continuos picea nube negare dies.
 Iam matutinis Hyades occasibus Vdæ
 Iam latet hyberno conditus hymbre lepus.

LIBER SECVNDVS.

Exiguum radiis sed magnis fluctibus astrum

Quo madidam nullus nauita linquit humum.

Namq; procelloso subiungitur Oarioni

Aestiferumq; canem roscida præda fugit.

Vidimus excitis pontum flauescere arenis

Atq; eructaro uortice rura tegi.

Qualiter oceanus mediis infunditur agris,

Destituenda uago cum premit arua salo.

Siue alio refluus nostro colliditur orbe,

Siue corusaa suis sidera pascit aquis.

Finis itinerarii primi.

RVTILII CLAVDII NYMATIANIDE RE/ DITV SVO, ITINERARII LIBER SECVNDVS.

Ondũ lōgus erat, nec multa uolumina passus,
Iure suo poterat longior esse liber.

Tædia continuo timuit cessura labori,

Sumere ne lector iuge paueret opus.

Sæpe cibis affert serus fastidia finis,

Gratior est modicis haustibus unda siti.

Intervalla uix fessis præstare uidetur,

Qui notat inscriptus milia crebra lapis.

Partimur trepidum per opuscula bina ruborem,

Quem satius fuerat sustinuisse semel.

Tandem nimbose maris obsidione solutis,

Pisano portu contigit alta sequi.

Adridet placidum radiis crispantibus æquor,

Et fulcata leui murmurat unda sono.

RV TILII

Incipiunt Appenini deuexa uideri,
 Qua fremit ærio monte repulsa thetis.
 Italiam rerum dominam qui cingere uisu,
 Et totam pariter cernere mente uelit.
 Inueniet quernæ similem procedere frondi,
 Artatam laterum conueniente sinu.
 Milia per longum decies centena teruntur,
 Aligurum terris ad freta Sicaniæ.
 In latum uariis damnosa anfractibus intrat,
 Tyrrheni rabies, Adriaciq; salis.
 Qua tamen est iuncti maris angustissima tellus,
 Triginta & centum milia sola patet:
 Diuersas medius mons obliquatur in undas,
 Qua fert atq; refert Phœbus uterq; diem.
 Urget Dalmaticos eoo uertice fluctus,
 Cæruleq; occiduis frangit Etrusca iugis.
 Si factum certa mundum ratione fatemur,
 Cōsiliumq; dei machina tanta fuit.
 Excubiis latiis prætexuit Appeninum,
 Claustraq; montanis uix adeunda uiis.
 Inuidiam timuit natura, parumq; putauit,
 Arctois alpes opposuisse minis
 Sicut uallauit multis uitalia membris,
 Nec semel inclusit quæ pretiosa tulit,
 Iam tum multiplici meruit munimine cingi,
 Solicitosq; habuit Roma futura deos.
 Quo magis est facinus diri Stiliconis acerbum,
 Proditor arcam quod fuit imperii.
 Romano generi dum nititur esse superstes,

RVTILII

Crudelis summis miscuit ima furor,
Dumq̄ timet quidquid se fecerat, ipse timeri,
Immisit latix̄e barbara tela neci.
Visceribus nudis armatum condidit hostem,
Illatæ cladis liberiore dolo.
Ipsa satellitibus pellitis Roma patebat,
Et captiua prius quam caperetur /erat.
Nec tantum Geticis crassatus proditor armis,
Ante sibyllinæ fata cremavit opis.
Odimus Althæam consumpti funere torris,
Nisæum crinem flere putantur aues.
At Stilleo æterni fatalia pignora regni,
Et plenas uoluit præcipitare colos.
Omnia tattarei cessent tormenta Neronis,
Consumat stygias tristior umbra faces.
Hic immortalẽ, mortalem perculit ille,
Hic mundi matrem perculit, ille suam,
Sed diuerticulo fuimus fortasse loquaces,
Carmine propolito iam repetamus iter.
Aduhimur celeri candentia mœnia lapsu,
Nominis est auctor sole corusca soror.
Indigenis superat ridentia lilia saxis,
Et læui radiat picta nitore silex.
Diues marmoribus telus, quæ luce coloris,
Prouocat intactas luxuriosa niues.

FINIS:

LAVRENTII VALLATI CARMEN
DE NATALI PATRIAE SVAE.

Rostquã fata uolūt, Neptūnia pergama laxat.
Ignis edax: ruit a culmine Troia potens.
Dux Anchisiadæ laurus appellit ad oras,
Passus aquis / terris / ignibus / arma famem.
Hec quantū (sic seua trahit Iuno) obstitit illi,
Turnus, habet causas barbara regna pati.
Hic sibi prima quies, atq; ultima meta laborum,
Deficit Aeneas, nascitur alba potens.
Omen ab euentu tractum, sive nomen ab alba,
Conditor ascanius: Albaq; longa fuit.
Aspice quo fato commota est gracia: Troia est,
Diruta: ut ex alba Roma superba fores.
Sus tibi principium, rapidis lupa pavit in undis,
Insatiabilibus omnia capta feris.
Dextra tua ad zephyros Austros porrecta sub euros,
Ad boream / ad coelum / ad tartara / ad elysios.
Albula seruauit, gentem dedit alba superbam,
I / bona nunc albis fata reponere fabis.
Succedere nouit troiana lege tyranni,
Dardane ab iliaco sanguine sceptrum cape.
Interea regnante alba nascuntur eodem,
Semine germani de patre Rege Proca.
Maior erat Numitor: minor alter Amulius annis,
Ast ubi uis animi non ualere dies.
Mors regem æquæuum maturo lumine soluit,
Vulgatur tabule / Regnum ad utrumq; datur:

VALLATI!

Fœdera regnandi/maturior incipe in annum,
In regnum Numitor mittitur unde prior.
Non placet hoc fratri, tacitaq; exestuat ira,
Et tempestiuos miscet in urbe dolos.
Nec satis una fuit hæredibus alba duobus,
Quorum uni totus uix satis orbis erat.
Voluitur annus: adest tempus iam sceptræ tenendi,
A solio maior cedit/initq; minor.
Auspice firmato declinat in arma: minantis,
Cauit ab imperio frater: & arma timet.
Ille opibus captum & regno/submittit habenis,
Et leges populum sancit habere nouas.
Componit titulum/sceptrumq; aquirit habendo,
Longum rex: uno qui fuit orbe fuit.
Spes una ancipitem uexat per inania mentem,
Ne patris ulctores Rhea aliquando daret.
Vel partu/uel connubio ne partibus Albam,
Diuideret: fore si nuberet illa uiro.
Sic agit incautus miseram: mortemq; minatur,
Sed quid habet sceleris uirgo puella cauet.
Et quamuis rabies nulla tractabilis arte,
Blanda tamen potuit uertere nata patrem.
Tota erat hec illi proles spes magna nepotum,
Pro pietate audax filia: cara soror.
A/pater hoc nimium: nostros sæuire per artus,
Desines in imbelles desinit ira Ducum.
Sciue tue nepti/seu nostre parce sorori,
Aut soror/aut neptis sanguis uterq; tuus.
Mollitur paulo, & uerbis lentescit amicis,

LAVRENTII

Nec patitur tantas ira cruenta moras.
 Vestalem legit cui semper uiuere lucem,
 Curæ est: perpetuæ uirginitatis opus.
 Digna pudicitia est Vestæ quoq; digna sacerdos,
 Quæ nisi de lecto semine nulla datur.
 Amorte immerita regis seruauit honorem,
 Si regale decus a pietate fuit.
 Tunc Romana dies/gêtisq; exordia nostræ,
 Primaq; de faustis omina capta sacris.
 Quid fortuna facit? non multis illa diebus,
 Intumuit: foeto corpore furta patent.
 Facti/fama uolat: præsensit Amulius ardens,
 Incertum tamen est quando/quis/unde fuit.
 Et stupet/& gaudet: cogitq; in carcere cæco,
 Nulla salus miseræ: nulla duci pietas.
 Factum alii studio regis pro uindice iusto,
 Creditur a uulgo succubuisse Deo.
 Fabu'a mille modis: Martem dixere priores,
 Esse deum: Quem nos dicimus esse patrem,
 Credite Romani nullo sub iudice lis est,
 Armis & spoliis monstrat onusta manus.
 Oquantû Veneré steterat succumbere Marti,
 Victorem /generis quem daret ipsa sui.
 Interea tristes molitur Syluia fletus,
 Et Materat longo candida membra situ.
 Lucem/expectando qua/tristia fata morantur,
 Cum dederit partus adueniente nouos.
 Vsq; annosa data est longissima meta dierum,
 Viuat ut infelix dum magis apta mori.

VALLATI:

Mille sibi tenebræ mille impia fama timores,
Mille quoq; attonitæ somnia uisa ferunt
Culmine præcipiti ramos ad sydera niti,
Vidit enim, partu semina missa suo.
Sumere spem nescit, premit altum corde dolorem,
Cuncta timens mentis conscia furta suæ.
Sic iam fata uolunt lateri dolet ilia circum,
Laxantur miseræ uiscera, lassæ cadit.
Labuntur fluido pariter de uentre gemelli,
Vnus homo/unus erat Romulus/atq; Deus.
Nudi ad uagitus abiecti. Epauere terra,
Vix mater trepido sola sinu recipit.
Cogit amor/reicitq; dolor/uel inutile clamat,
Hæc presaga meæ gaudia mortis erunt.
Non pater accurrit miseræ qui uota precetur,
Non que sustineat uersa ministra caput.
Non uidet attonita gaudentes agmine ciues,
Ire domo:& latii currere in arua uiros.
Durus ab externa præsensit ianito r aula,
Qui sicis oculis excubat ante fores.
Et dubiis pendet, calybeaq; uincula posse,
Laxat:& ex una tres uidet esse animas.
Clamat io passim, geminos dedit ilia partus,
Obstupuit populus/obstupuitq; domus.
Prouolat ad regem:serpitq; per atria rumor,
Rex male flammato pectore uersat opus.
Inuisos oculis damnat sine iudice fratres,
Ne pietas animum ne ue moretur amor.
Exequitur mandata celer cum principis ira,

LAVRENTII

Et procul/a regni, stipite uertit iter:
 Ibat arenosus qui iam fuit albula thybris,
 Arx & pallantis qua stetit ante domus:
 A/uclis locus est: paruis quia nauibus ibant,
 Per uada: tarpeius quæ facit atq; forum.
 Sed tempestiue fatalibus horruit undis,
 Clauserat & pleno littora summa sinu.
 Seu timet ille procul rapidis afluçtibus ire,
 Seu miseret/ lentis corpora mandat aquis.
 O si quæ rapidas quatiant thyberinides undas,
 Pareite: seruantur Romulus atq; Remus.
 Qui sceptrum proauo reddant: qui lumina cælo,
 Perficiant: terris prælia/ sacra dies.
 Surgit in alluue ficus radicibus altis,
 Ficus erat. nondum Rumula ficus erat.
 Frondibus hæc latis/ curuataq; arbore/ noctu,
 Rore cadente/ die sole calente tegit.
 Sensit onus/ mediisq; fremens thyberinus in undis,
 Hoc ait e nostro sanguine ueni: onus.
 Albula parce meo generi, fluctusq; repressit,
 Stat scyphus, & sitiens lictus arena facit.
 Aut uidet/ aut sentit circum lupa montibus errans,
 Vel properat rabidam ponere in amne litim.
 Ecce ad uagitus trahitur eeu nuntia martis,
 Admouet ut catulis ubera plena suis.
 Ruma feræ mamma est, a ruma rumula ficus,
 Et simul a ruma Romulus atq; Remus.
 Seu lupa/ seu pius nostræ bona causa salutis,
 Donec poturas pastor adegit oues.

VALLATI

Vidit & obstupuit: paruosq; auertit ab undis,
 Faustus: uxor: munera lata ferens.
 Faustule Romanæ seruator fauste iuuentæ;
 Quas tibi dii laudes/ quas tibi Roma memoris
 Tu nisi non Brutus/ Cæsar/ non usq; Camillus,
 Viueret. o tantis Faustule principium.
 Tu nisi non alto statet Capitolia saxo,
 Barbara nec uictrix isset in arma manus!
 Educat ingenuos mixtis pastoribus Acca,
 Instigate boues/ ducite aratra duces.
 It latio regale nephas, iniuria fratris,
 Virginis incestum, partus & expositus:
 Ista notant geminos albano sanguine ductos?
 Istaq; sollicita faustus arte cauet.
 Sed iam tempus erat/ quo se cælestia scirent,
 Numina/ ut in regnum prouocet ira uetus:
 Exercent animos & membra laboribus apta,
 Qualia uel reges/ qualia pastor agunt.
 Occursare feras/ tauros substitere sulcos,
 Vertere/ uomeribus rumpere pingue solum?
 Hic modus est: illum qui urbem proscindat aratro,
 Ire diu stimulis commonuisse boues.
 Ut iuuenes omni sentit uirtute potentes,
 Nutritor: geminos ad pia uerba uocat.
 Et proauilelus: & miserorum fata nepotum,
 Ut positi ad ripas fluminis esca feris,
 Et cum Marte refert secreta incesta parentis,
 Et regni casus, & Numitoris aui.
 Datq; fidem dictis. primis seruata sub annis,

LAVRENTII

Hæc scæfa, uiuit adhuc uestraq; prima domus,
 Lynter erat modica deductus terga carina,
 Non aptus remis, sed leuis aptus aquis:
 Vincula de prora pendent, quibus aut stetit undis,
 Ante uel ut memorem pēdeat ante casam:
 Dicta bibunt animis: & pastoralia linquunt,
 O cias: sic regni spem facit ira noui.
 Et facilis fortuna fuit inferrea primum,
 Cum multis capitur ad bona iura Remus:
 Spes prædæ regale pecus, dubiumq; timoris,
 Et noua dissidiis furta parata ducum.
 Regia iussa facit numitor: nescitq; nepotem,
 Arctat & in caros uincula seua pedes.
 Plus potuit fraternus amor / q̄ seua uoluntas,
 Iamque rex habuit scepra minister agit:
 Quid facis: ex illis unus dabit improbe regnum,
 Scepraq; fraterna conciliata manu.
 Postera lux oritur, damnatos ille reposeit,
 Torquet agit monitis arguit arte ducis.
 Seruat in hoc uultus: infractaq; pectora martis,
 Sentit in hoc albæ sanguinis esse notam.
 Postulat unde genus latio, nomenq; patremq;
 Aeneas genus est mars pater ipse remus.
 Ipse scit antiqua priamise prole nepotem,
 Ardet non audet rumpere uerba timor.
 Nec tantum auditæ fidit committere famæ,
 Impar erat regi qui modo pastor erat.
 Aptæ minus tergo pellis, Rex induit ostrū,
 Respondent animus aptaq; membra ducis.

VALLATI

Rumpemoras igitur, uirtus non pallia regnant,
 Illum in secretum conuocat alloquium.
 Serua inquit (nisi nos auditis fallimur) unum
 De geminis, auus es tu mihi/Rhea parens:
 Plura locuturus, primis intercidit ille
 Vocibus, & collo sustinet ipse senem:
 Vix stetit, agnosco uestigia cara meorum
 Inquit: aui species, & genitoris habes:
 Tum ueteres regni casus: & multa resoluunt,
 Et tacita uictores ire sub arma parant.
 Mittitur in campos qui nunciet arma futura,
 Liber ut in regni foedera frater eat.
 Et tu non pateris deducta romule pube,
 Regia fraternas uincula ferre manus.
 Cogit ab armentis iuuenes: & in agmina ductos
 Hortatur, regi uimq; dolumq; paro.
 Et fratrem, & socios repero: Quis nesciat iras
 Fratris pro fratre: pro socio socii?
 Rumpamus noua bella, & in atria magna ruamus
 Nunc seiat albanas ferre bubulcus opes.
 Itq; reditq; frequens ignora nuncius arte
 Donec decretâ sensit adesse diem.
 Romulus occultas spargit per moenia fraudes
 Inq; urbem uariis gressibus ire iubet.
 Gramina dat signo: tollit uexilla maniplos,
 Vnde manipularis usus in arma uenit.
 Tum Remus urbanis, clam rumpit in atria turmis:
 Insidiisq; fares, & premit arcis opem.
 Prouenit a tergo iuuenum globus, aptus aratro

LAVREN.

Fulgura/non uisus uulnera ferre manu.
 Prælia miscentur, tota fuit æde superbus,
 Regnator, circum fertur in insidias.
 Nec locus/aut tempus, nulla tractabilis arte,
 Vita, graui iacuit uulnere truncus humi.
 Rumor in arma uocat, confunditur urbe iuuentus,
 Clamanti regem Rex datur, alter auus.
 O felix Numitor quis regna elapsa tot annis
 Cogitet, antiquo restituenda seni?
 Ne desponde animum, lapsu fortuna rotarum,
 Mille uehit sortes, uertit & hora uices.
 Ipsa dat imperium tacite quesita sub armis,
 Inde noua uirtus auget in urbe fidem.
 Vtraq; cum geminis regni spes tota perisset,
 Ni thyberis parcas abstinuisset aquas.
 Iam pudet æternum placata uiuere sede,
 Plenaq; uictores ire sub antra boum.
 Ad maiora cient animos, urbisq; cupido,
 Ponere ubi positi mænia prima tenet.
 Summa palatini notat/& concludit aratro,
 Romulus, unde sui conspicerentur agri.
 Stant fora/stat lateri thybris/collesq; benigni,
 Apta salutaris mænia uisa iugo.
 Ista parabantur hirsutæ mænia romæ,
 Axe/luto/& iunco mænia rara leui.
 Quis te Roma potens neget a pastoribus ortam?
 Et dicat tenuous non habitasse casus?
 Tempa/uias/Turres/& summas diuidit arces,
 Mille domos habuit Roma quadrata prior.

Auspicio meliøre datum q̄ romula primum,
 Dicta, potes annis Roma superba fuit.
 Auspicio meliøre datum q̄ Romulus unus,
 Sceptragubernaret, cædere ilpe Remus.
 Non patitur turbam, suspectaq; nomina fratris,
 Cuius dardanium sanguine tinxit opus.
 Connubiumq; rapit ne sint sine prole, facitq;
 Quod natura negat consilio, atq; manu.
 Consilioq; deum, sceletiq; indixit asilum,
 Inde per euentum templa deosq; dedit.
 Paulatim alta ioui Capitolia dicta tonanti,
 Tarpeiumq; nemus (rustica prima fides.)
 Siqua tamen ueri postq̄ umbra recessit in auras,
 Mira uidet fratris inuida fata Remus:
 Romulus ad leges, alter sacra/tertius arma,
 Et sacra, corruptit cætera turba modum:
 Ventum & ad imperium, libertatemq; uocauit,
 Brutus, & obscænos expulit urbe duces:
 Sed non infrenes animosa licentia patres,
 Egit, habent sedes ad bona iura nouas.
 Consul ubiq; tamen trepidis dictator in armis;
 Inde tribunitia uenit acerba lues.
 Tum magni herocs (spirantia pectora, numen,)
 Publica tum pietas creuit ad omne nephas:
 Vincere finitimos/patriam seruare sub omni
 Euentu/& magnis regibus esse metus.
 Quantum undis potuit, quantum mucrone parati,
 Actum est. Quantum animo, dextera & ingenio.
 Donec ad infernas patuerunt atria postes,

LAVREN. VALLATI

Claudit enim forti Curtius ora manu
Quid non / o pietas / mentitaq; sidera narrant?
Nam bene diuini Cæsaris astra micant,
(Vanafides) aditum maiora ad lumina cœlum
Seruat: eris pastor / & deus alter eris.
Interea celeres opto uelocius aura
Ite Vacuales ad mea uota dies.

FINIS.

RAPHAEL MAPHEVS VOLA
TERRANVS DE ORIGINE
VR BIS.

Rhoebe potens fidibus paulū phytonia bella
Oblitus: iaculisq; feros miscere Gigantes
Facundam nō sume chelyn: laurūq; uirētem
Sublimiq; meum deduc a uertice earmen
Bellorū phontei qua fluxit uena caballi,
Nebride succinctus nostris modo baeceche furentem
Pectoribus tyrsū celsae de culmine Nisae
Porrige: minoia crinem quoque flecte corona:
Ille parens urbis: cuius cunabula magnae
Exigua, immensum tribuerunt nomina genti,
Vt primum thuscī superauit thybridis undis
Munere protectus diuum, curaq; bubulci
Ingentes patriis dotes uirtutibus auisit,
Nam decor eximius iuueni ualidiq; lacerti,
Martia frons inerat: tum humeris, & pectore toto,
Roboreq; æquales multum superauerat omnes,
Bystionias tali Mars pressit corpore cunas,
Fortius haud colubris lusit Tyrintius infans
At postq; coepit firmari uiribus, omnes
Vicinos terrere minis: belloq; colonos,
Excursuq; breui raptam deducere praedam,
Stramineo puduit non illum membra grabato
Ponere fessa super, paruosq; habitare penates,
Sape, palatinos ubi quondam tecta nitebant
Aurea delata protexit fronde iuuenes,
Illic & Driadam coreas duxere caetruae

RAPHAEL VOLATER.

Pan quoque septenis modulatus carmina cannis
 Illo Menalio deduxit uertice nymphas
 Finibus excedens patriis hic graia iuuentus
 Constitit, atq; artes pupulo monstrauit Agresti,
 Cui phœbas nuribus dudum uenerata latinis
 Tot cecinit casus, fatiq; arcana resoluit.
 Huc adiit nemei succinctus tegmine monstri
 Aleydes, uicti ducens armenta tyranni.
 Vicinumq; iugum monstro spoliavit auaro
 Quem magnis etiam celebrauit honoribus auctū
 Posteritas, Aramq; illi que maxima fertur.
 Constituit, magnumq; tulit per secula templum.
 Dux Achilini ades phrygiis erepta ruinis
 Huc tulit ingenti comitatus numina classe.
 Cui rutulus diris certauit in agmine signis
 Promissos repetens contempta morte Hymeneos.
 Ergo Palatino signauit mœnia cliuo.
 Romulus, atq; breui duxit munimine uallum.
 Stringebat medio, tum cynthius orbe Leonem
 Mars quoq; belligeræ comitatus acumine caudæ
 Attollensq; enses lymphis surgebat eoīs
 Ut uidit tantis moliri uiribus urbem.
 Ferrea ter manibus propensam ad pectora barbam
 Permulsit, natumq; alto/miseratus ab ortu.
 Talia per campos diffudit uerba patentes
 Prepetibus pennis, foeliciq; omnes surge.
 Vrbs mea, coepta etiam rex diuum hominūq; secundet
 Quæ paruo nati regetis conamine nostri.
 Ad tua posteras nunc cœta armeta reducunt

DE ORIGINE VRBIS

Et iuuat exiguo tantum requiescere monte.
Atq; pedo sudibusq; tuos armare bubulcos
Et male uicinos stimulis agitare latrones
At quondam pelagis; terreq; tenebis habenas
Et latium sublime ferens ad sydera nomen
Imperioq; altum caput insertabis olympto
Horrebit fama condens labentia calpe
Sidera, deuictus ponetq; tumentia Ganges
Hostia, Ripheos domitabis in arte colonos.
Euphrates, Tigrisq; suas præbebit habenas,
Barbara subq; iugum mittet sua colla Siene
Hic ubi non alta restagnant flumina ualle
Ludicra prospiciet senior Thyberinus ab imo
Gurgite perq; æquor ratibus concurrere Triton
At tu nate deis propior meliora uidebis
Auspicia, & solus rex dēpto fatre fereris
Sublimisq; alte pones tua nomina genti,
Sed tamen heu nostros multos patiere labores,
Et subeunda tibi late sunt munera belli,
Primum coniugibus turbabis ludic ra raptis,
Atq; indignati fugient ex urbe parētes,
Vltores diuos hominesq; in bella uocantes,
Heu quantum utrinq; ambiguis pugnabit armis
Inuicta tandemq; acie perstabis, opimamq;
Extincti referes Ducis in capitolia prædā
Tu louis inuictus sublimia templa feretri,
Centum ætate patres, lectos & honore Quirites
Constitues, reliquosq; feres armatus in hostes
Cumq; recensabis mediis procul agmina Campis

DE ORIGINE VRBIS

Ad mea turbato rapiam te sidera Olympo;
Huc procul e curibus uenientem cerno sabinis
Qui mores Romane tibi, ritusq; deorum
Monstrabit, populos & religione tenebit
Indomitos, ianiqu; fores compelect eburnas;
Post modo, nam tantis succedet honoribus Aeneas
Qui pontem statuet, cuius tua maxima Orati
Virtus abruptis defendet molibus urbem,
Augebitq; decus coeptum, Thyberina prope altum
Hostia, que latii tumentur moenia condet,
At qui succedet lorica acunctus, & ense
Perfringet bello albanos/montemq; colendum
Præstabit uictis romæ, quo tempore Meti
Per media heu poenas rapidis dabis arua quadrigis,
Infelix magna qui libertate potentem
Tentasti populum, & multum sua iura tuentem,
Iamq; aderit qui urbem muris circumdabit altis
Thyrrena de gente, ferens lituumq; tubamq;
Prætestam, lati nec non insignia clauis,
Cunctaq; neglecto dabit ornamenta Theatro,
Et uario latios decorabit honore triumphos,
Ponet Auentinæ delubra excelsa Dianæ
Successor, fortuna tuos augebit honores
Culminibus regis coniunx, & amica fereris,
Sed uarias infida uices agitas, premis altum
Sæpe caput, sternisq; ingenti prospera fato
Infandum supra miserum carpenta parentem,
Tullia perducet uetitis accensa hymeneis
Hinc iuuenis sæui stimulis agitur amoris

RAPHAEL VOLATER.

Miscebit totam factis audacibus urbē,
Et sceleris tanti uindex clamore uocabit
Romulidas, primusq; feret per compita fasces,
Sternet deinde alius rigidi seruator honesti
Posthumius suos superabit Marte Latinos
Ledeosq; suo spectabit in agmine fratres,
Marius a bello uictus pietate parentis
Supplicis abscedet, deserto Quintius agro
Labentes rigida sistet uirtute cohortes/
Nec tua Corneli taceo spolia ampla: Quirinum
Post magnum: laude ingenti memoraberis alter
Gentilesq; una consumptas luce cateruas.
At Furiū Veios armis/Gallosq; prementem,
Et qui prepetibus pugnando iuuabitur alis.
At post Scipiadas, Paulos & punica bella
Quantum ciuiles absument sanguinis ire
Tum modus imperio datus est: tum tendere habenas
Ulterius nostram prohibebunt numina gentem
Ac uelut eous Ganges torrentibus auctus
Et sibi uicinæ Thetidis tumefactus ab undis
Intra claustra negat/ferri: ripisq; solutus
Fertur in arua ruens: & culta boumq; labores
Precipitat. rapido se se quoque gurgite uastat
Sic olim mea Roma suos non ferre Quirites
Incipiet: contra & latios sparsura cruore
Ciues: in proprios uertet sua pila lacertos,
At tu qui a gentis uenies aquilonis ab oris
Victor: & a summo genus altum ducis Olympo
Precelles uirtute duces: & nomine magnos

DE ORICINE VRBIS

Postq̄ alpes: Aetariūq; ferum: Belgasq; feroces
 Atq; Caledonios latia sub lege Britannos
 Miseris: imperio insolitos parere Quirites
 Coges, & munus referes a rege eruentum
 Pelleo, sceleris p̄anas, quem pedere dignas
 Impelles, pulsa reddet cum scepra sorori
 Hinc populos late domitos orientis, & unde
 Auster abit: duces manibus post terga reuinctos,
 Cedant priscorum gesta, & monumeta uictorum,
 Seu quæ sparta tulit, seu quæ Pelopeya tellus,
 Et Macedum rerum ipse, licet Nabatea parauit
 Regna, & Ripheo defixerit orbe columnas
 Aegidet illius concedant facta triūphis
 Termo lo noteis: quāuis concurrere turmis
 Ausus, perq; aditus mōstrum superare tremendos
 Infames seyrone petras, & dira Procustis
 Robora, Syliphioq; metu nemus omne leuarit,
 Filius at reliquum mittet sub legibus orbem,
 Contundetq; hostes ciuilia bella mouētes,
 Reliquas magni siculis superabit in undis,
 Tum Mutinam uanos coget deponere fastus
 Lucius obsessus tandem sua coepta relinquet
 Quin latias iterum cernent concurrere turmas
 Albaq; Romanis tunc ossibus arua Philippi
 Et classem phario comitantia numina sistro
 Terga dabunt, Crassiq; pudor refertur in urbē
 Barbarus, & nunq̄ doctus iuga ferre latina
 Cantaber insuetas demū tolerabit habenas,
 Pacato tandemq; omni Bellona tumuitu

RAPHAEL VOLATER.

Aegidasaerata suspendet in æde etuentum
 Scilicet & centum mea tunc religata catenis
 Bistonis, longa torpebunt pectora pace
 Duræq; fatalis claudetur lanua templi,
 Sic etenim magnus post bella typhocia olympus
 Ocia seruauit diuum accubuit quoq; mensis
 Iupiter, & coelum didicit seruire Tonanti,
 Aurea nigranti succendent secla metallo,
 Quasq; olim liquit mundi descendet in oras
 Astrea, & rediisse suum mirabitur æuum
 Hinc noua progenies summo demissa Tonante
 Implebit magnis totum splendoribus orbem,
 Quæ cultus nostros, & inania templa laceffet,
 Tum quoq; Idumeis primum pandetur ab oris
 Hoc decus, & solimæ fulgebit gloria gentis,
 Non ille aut opibus tradet sua dogmata fultus,
 Aut ostro sublimis erit: currusq; uehetur
 Victor agēs pompas parthis in frena redactis,
 Scriptaq; magniloq; haud mitabitur alta platonis,
 Cecropii ue senis: Diuiq; Demostenis ora,
 Sed patria tantum clarus uirtute potentem
 Fabricium paruo, Curios, magnosq; catones
 Attilii ue fidem uincet, cunctisq; tremendus
 Maiestate, sua mittet sub lege tyrannos
 Meoniosq; amnes: & quicqd medus Idaspes,
 Quicquid frugiferi circundant hostia Nili,
 Aut ingēs Arimaspe tuas perlabitur oras,
 Siue & Achemenios cultus, Nileaq; regna
 Callaiēas contemnet opes, Ephyresq; metalla

RAPHAEL VOLATER

Diuino populis mores, monumētāq; tradēs
Littora nigrantis thyles, ac Baetra colentes
Et Tanaym, Meroesq; ardanti sydere p̄ssam
Fulmine compescet linguæ, ritūq; sacrorū
Felices nimum quicumq; ea secla uidebunt;
Præmia nimirum poterut sperare laborum
Quos fatum haud totos merget, post funera sedes
Sublimi euecti penna ducent in altas,
Huius & aduentū Themidis non ora prophanæ
Non Clarii laurus cecinere, aut Caona quereus
Aut lybici sortes Iouis, aut Priamea Virgo,
Carmēta, aut etiam Dircei filia uatis,
Quiq; fuit merlus thebano marte quadrigis
Non Calchas, Mopsus ue fuit diuinus & Illa
Non Prenestinae dixerunt fata sorores,
Sed pia sanctorum testant dicta parentum,
Orāq; cumanae dudum celebrata Sibillæ
Heu quantum nostris se opponet honoribus orbis
Sacriligus cultus cessabit ab herculis ara,
Et frustra ultori dabitis mihi templa nepotes,
Si mea cum magno squallebūt sacra Tonante
Iliacis direpta factis, fataliaq; urbi
Exactis simulacra deæ flamæq; trahent,
Inq; palatinas mittentur fulmina Lauros.
Qua uaticanas spectabit circus arenas
Sancta refulgebunt diuini numina Petri,
Atriaq; in medio parisi suffulta columnis
Pontificis stabunt sacri, cui summa potestas
In terris a rege fluet, qui temperat orbē,

DE ORIGINE VRBIS

Exquiliis Mariæ Molem mirabit altā
Lucina, creptosq; sibi lugebit honores,
Sabinam abiecta phoebe uenerabitur ara,
Ad uastum propere ducit qua semita pontū
Ensiser exella Paulus radiabit in æde
At Iouis ultoris templum meliore feretur
Cultu, matri namq; dei sacrabitur altæ
Celius a tergo laterana sacraria læto,
Respiciet uultu, suplexq; in uota uocabit,
Hæc Mars diuino postq; fuit ore locutus
Conticuit, radiosq; polouibravit ab alto
Infuditq; suos laribus surgentibus ignes,
Elapsusq; undis, nitidis se condidit astris
Summa petens, motuq; omnē tremefecit olympū.

FINIS

Romæ ex Aedibus Jacobi Mezoehii Ro. A. chademiæ
bibliopolæ Ano Domini. M. D. xxiii.
Decimo Kal. Februarias. Pontificatus
Sanctissimi Dñi Nostri Dñi
Adriani Anno Secundo.

*Intra mensis unius dimidiū exactè pleuuij
ad laude dei. et multa q; uulgeria Sabehur.*

- 60

1520





Special 89-B
17212

WS

THE GETTY CENTER
LIBRARY

